


Dei. **Descende et respice**
plim. ne forte uelint tras
re. **De** te. **animos ad uidentu**
dm. et **pepe** ex eis plurima
multitudo. **Sacerdotes qz et**
pls qui ascendunt ad domnu
sanctificentur. ne **pragam**
eos. **Dixitqz moyses ad dnm.**
Non poterit uelqz ascendere
et respice sma. Tu em **testifica**
tus es. et **iussisti dicens.** **Pone**
terminos circa montes: et **sanctifica**
illu. **Cui ait dnm dno.**
Vade descende. **Ascendesqz tu**
et aaron ter. **Daides autem**
pls ne transeant terminos.
neqz ascendant ad dnm: ne for
te **interficiat eos.** **Descendit**
moyses ad plim: et **omnia**
mirrauit eis. **Caplin XX**

Quod est qz **z dno** **cir**
ros sermones hos. **Ego**
su dno **deus tuus:** qui **eduxi**
te de tra egypti. **de domo ser**
uitutis. **Non habebis deos a**
lios coram me. **no facies t**
sculptale: neqz **omne simli**
tu dno qz z m celis. **desup.** et **qz**
in terra deorsu. **neqz eoz que**
in aquis sub terra. **Non**
habebis ea neqz roles. **Ego**
su dno **deus tuus.** **zelosus** **for**
ti. **uisitans iniquitate** **para**
ntis. **z terra et quicunqz**
deridit me. **z qui oderit**
me. **z facies misericordiam**
z misericordiam. **z qui diligit me.**
z custodit precepta mea.

nomie dmi dei sui frustra. **no**
mento ut diem sabbati sanc
tifices. **Sex dieb; opaberis:**
et facies oia opa tua. **Septi**
mo aut die sabbati dmi dei tui
no facias omne opus: tu **z fi**
lius tuus et filia tua seruus
tus et ancilla tua. **umentu**
tuum z aduena qui e intra por
tas tuas. **Sex em dieb; fecit**
deus celu et terra et mare z
oia que in eis st: et **requieuit**
die septimo. **Varis benedixit**
dominu. **z die sabbati:** et **sancti**
ficauit eu. **Honora patre tu**
um et matre tua: ut sis **lon**
genus sup terram qz dno de
us tuus dabit tibi. **no** **occide**
ris. **z non occideris.** **Non furtu**
facies. **z non loqueris contra**
proximu tuu falsu testimoniu.
no concupisces uxore
proximi tuu: neqz **desiderabis**
uxore ei. **no seruu.** **no an**
allam. **no boue.** **no asinu:**
neqz oia que illis st. **Cunctis**
aut pls uidebat et audie
bat uoces et lampades et
lucine montis qz su
ingant. **Et pteriti ac pauo**
re montis. **steterunt paul di**
centis moysi. **Loquere tu nob;**
et audiemus. **no loquatur qo**
des dno: ne forte **moriamur.**
Et ait moyses ad plim. **Coli**
te time. **Et em plar; uos**
uenit deus: et **ut terz illa**
esset in uobis. **no uocata r**
uocata r. **z de longe.**



4132983

Z. BIBLIOTEKI
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIEGO

ST. JOHN'S COLLEGE
LIBRARY
NEW YORK

322
XV - XVIII 221

PANTOLINI'S
UNIVERSITY
LIBRARY

INTRODUCTIO

IN

UNIVERSAM ARISTOTELIS PHILOSOPHIAM,

SEU

DIALECTICA


Tribus Disputationibus

EXPLANATA.

A

R. P. ADRIANO MIASKOWSKI

Societatis JESU.



SANDOMIRIÆ

Typis Collegii Societatis JESU.

Anno 1720.

13238

Z BIBLIOTEKI
MUSEUM
KRAKOWSKIEGO
1800

13298

INTRODUCTIO

UNIVERSITATIS ARISTOTELIS WILNENSIS

DIALLECTICA

Tabula Disputationibus

EXPLANATA

R. P. ADRIANO MIASKOWSKI

1770

ANNO 1770
Typo Collegii Universitatis
WILNENSIS

PERILLUSTRI
RELIGIOSISSIMO REVEREN-
DISSIMO DOMINO DOMINO
FRANCISCO
CHODOWICZ
SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORI,
Meritissimo per Russiam Ordinis Canonorum Regu-
larium Sanctissimi Sepulchri DOMINI Hierosolymitani
PROVINCIALI,
PRÆPOSITO PREVORSCENSI,
DOMINO & MECÆNATI.

Non offendi in limine, adedque nec grande pa-
trocinium quadam depressi injuria, dum Intro-
ductionem in Universam Philosophiam, Januam
scilicet Peripati, & Vestibulum, ita profero in publicum,

ut

ut tuis, Perillustri Reverendissime Domine, Sacrum
faciam Honoribus. Victor ingeniorum Maximus, tam
circa assentationis periculum diceris, quam certò existi-
sti: Portam tibi statuo Philosophicam; ne vincentium
pompâ careat Mens palmaris. Antiqua es severioris Mu-
sæ Gloria, viva sapientiæ Imago, & unus ex Literato-
rum Majoribus: Atrium exorna Stoicum. Sic primò sta-
tim in aditu occures oculis; legetur Nomen facie lucis
dignissimum. Sic ad profundos recessus submota disce-
ptantium jurgia non obstrepent, quando in fronte perora-
bunt magna decora. Quamquam pridem Tu in eruditio-
ris Mundi palpebra, aureque versaris, utpote Lux in-
gens, & Fama scientiarum vocalissima. Circumsert
passim, minimèque laborat encomiorum veritas, PER-
ILLUSTREM CHODOWICZ, omnes Aquinatici So-
lis radios in perspecto habere; Cælum Theòlogicum ver-
sare mente: quorum alterum, ingeniorum Aquilam de-
clarat; probat alterum, Intelligentiam. Certè Divinis
in literis cum ultra hominem exurgas, accedis proximè
Menti sidereæ, non utcumque Doctòr Theòlogiæ dicendus,
sed plenioribus ad meritum titulis, Angelicus. Tuumne
in caput humanò celsius, licèt maximè eluctarentur,
doctarum præmia frontium venissent, nisi submisisses?
Quia nec mereri poterant, nec summò etiã, quò apud Ly-
cea valent, sui pretiò consequi, donasti verticē tenuis Doctò-
ralibus

ralibus: quod ipsum liberalis ingenii approbatio fuit luculenta, collatque beneficii floridum argumentum, dum à Suprema Palladis manu Sertum acciperes Coronarium. Quamvis enim eruditæ mentis Sublimitate literas eviceris altissimas; ideoque suam tibi herbam porrexerint; tamen infra earum insignia Frontem dejecisti, ut, cum non possent, viderentur superâsse. Agit itaque triumphum in Tuo vertice Divinior Scientia, Laureas explicat, habetque Capitolium immensum, Tuum Caput. An verò Te inumbrârunt docta folia? Phæbi Thèologici ramus erat, Laurus illa: umbram fecit, sed illustrem, quâ tegi quidem poteras, non latere, quin oculis simul Purpurati Patris, MICHAELIS RADZIEIOWSKI, Primatis Regni, Primique Principis, simul cordi incurreres. Quis ille Archipræsuleus erga te animus: præ Purpura Romana intinuit occupâsti Augustum pectus. Felicitate Iasonis, verum innocenti, nec remis velisque quæsita, Agni in Tui affectus RADZIEJOVIANUM rapueras; eratque Aurei Velleris Amor. Quanta apud Maximum Antistitem Tui æstimatio? Eâdem, quâ graves Regni cause librabantur, Lance Michæelis repositus, adeo valuisti ponderosi Vir meriti, ut in summa pretia venires. Eminentissimum de Te Iudicium exhibuit toties Libra illa, quoties alta penderet admiratione actuosæ prudentiæ, & Pectoris capacissimi, cui se Antistitis curæ tutò committerent

mitterent: quoties in Tuos humeros deposita negotiorum mole, censeret pares usibus Eminentiae. Præclarum hoc! Principibus placuisse, officiique gloriâ probari, Laudum est non ultima: siquidem Tonanti, Ales non nisi fulmineus obsequium præstat. Interim dum operæ Tuæ prætiô, nunquam satis æstimatô, Princeps fruitur, suam Conchylium Gemmam, hoc est, Religiosissimi Te parietes in sui ornamenta revocarunt. Ambigere licet, Domi steteris, an in acie? Sanè certatum de Te à Titulis Domesticis, quasi de Troja capienda, frustra pugnante in adversum modestia. Ut imperares, jussum est; votisque publicis, prope manibus, Præpositus es primùm Domicilio Prevorscensi, mox Provinciæ; ne una in æde virtus arctaretur amplissima. Cunctos meritorum numeros quia implevisti, Primus fieri Religionis per Russiam diffuse Arbiter debueras; inchoare agmen plurimum, non claudere; summa denique Numeri sacerrimi, seu unus Tu esse, quod singuli, quod omnes. Iamque præcedis Imperiô, & exêplô, Lex simul, praxisque optimi; Ingeniô tamen demissionis ita vivis, quasi postremo stares gradu. Non te Magnitudo subjectis eximit: culmen obtines sinè fastigio; Honoris etiam, quem attollis gerendo, nescires titulos, nisi per emerita vocabula compellatus, ab immemori oblivione, ad memoriam redire cogereris. Quoties tamen menti Tuæ, honorariis plenus nominibus occurris, potius
subdi-

subdita vocis reverentiâ obtruderis, animum per omnia e-
gregii moris decora comptum accusas, indignaris virtuti
pulcherrimæ, quòd Dignitati quandoque Domesticæ pla-
cuisses. Redi tandem in gratiam cum meritis, quæ in
Tui ambitum pellexerunt primos Fasces. Tam Sacri, Illu-
strisque Cætûs clavum ut teneret, vel exaggerata mo-
destia debuit contendere; cùm hoc ipsum prorsus sit, in
Sanctitatis Concilio Principatum gessisse. Quotquot hac
de stirpe Vros suspicimus, omnes Canonica sunt Nomina,
& Pectora; Divini inter fata Imperii CUSTOS FLAM-
MA, planèque Mausolei Sanctissimi Tutelares Angeli.
Quod Coelites olim Genii egerunt, agitis: inchoarunt illi
curas vigiles Hierosolymitani Tumuli; vos gloriosa con-
tinuatione perficitis: hinc ab usque Coelo Familiam Ve-
stram deducere, interque Aborigines recensere possetis. Di-
vos Spiritus; præcipuè quia muneris, vitæque similitudo
fidem adstruit; refert ad superas Mentis, sidereos Homi-
nes. Jam in Vestrum Pectora Cruce annotata si inqui-
ro, Tiberii historiam invenio, & Fortunam; Locupletissi-
mum scilicet Religionis Thesaurum, Pietatis aureæ
magnos montes, Tuo, Tuorumque in visceribus; Opes Ani-
mi tam copiosas, quæ orbem sufficerent ex egestate san-
ctimonie vindicare. Indè argumentò concluditur demon-
stratoriò, Coetui Vestro intima esse Sacra; cujuslibet Cor
Divinitati affine; omnes sub adorando Insigni Reveren-
dissimos

diſſimos Patres. Cùm præterea DEI HOMINIS
Cruciarium decus; Sancti nimirum belli ſignum, Pe-
etus explicat, conſtat, pugnare ſemper animos pro Numine;
provocare certamina virtutum: at nemo audeat cum veſtra
probitate æquo Marte concurrere. Quosvis vincitis; ideo-
que Trophæum ſinu geritis Sanctiſſimum. Neo-Crucis
Purpura, otioſus color eſt. Honorem quendam Trabeatum
exiſtimant Inſignia Divina, Veſtro hæere Lateri; ea-
demque reputant, ſupra Canonica evehi præcordia, quod
Senatu Pietatis celiſſimè ſedere, Curuli ſumma efferi. Tali,
tantoque in Ordine ſupremus Dux per Ruſſiam; hoc in
Coelo primum Mobile; inter Digniſſimos major Digni-
tas excellis, Perilluſtris Prælate: nondum tamen inventi
ſunt tituli, qui Tua merita deſiniant. Vocis publicæ te-
ſtimonium loquitur, Provincialis Gubernii Magnitudinem,
infra Tuas ſerpere virtutes, & cauſam præmiî eminere
ſupra præmiû. Quocirca ipſorum votis Faſcium annue,
ut Generaliſſimè præſis. Ævum Superi adjicient, ne
brevis Honor Religionis, Literarum Gloria, meique volu-
minis Patronus evenias. Ita precor.

PERILLUSTRIS
REVERENDISSIMÆ DOMINATIONIS

Devinçtiſſimus ſervus
Adrianus Miaskowski Societatis JESU.

INTRODUCTIO
IN
UNIVERSAM ARISTOTELIS PHILOSOPHIAM,
SEU
DIALECTICA,

Imprimatur.

JOANNES CASIMIRUS
EPISCOPUS PREMISLIENSIS
PRO-CANCELLARIUS REGNI

Iaroslaviae Anno 1718. Die 23. Novembris.

~~~~~

REINHOLDUS GERT VISITATOR  
ET V. PRÆPOSITUS PROVINCIALIS SOC. JESU PER POLONIAM,

**C**um Opus quod inscribitur: *Introductio in universam Aristotelis Philosophiam, seu Dialectica*; à P. Adriano Miaskowski Soc. JESU Theologo, aliquot ejusdē SOCIETATIS Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, potestate mihi factâ ab A. R. P. Nostro MICHAELE ANGELO TAMBURINO Societatis Nostræ Præposito Generali, facultatē concedo, ut typis mandetur, si iis, ad quos pertinet, ita videbitur. In cujus fidem, has Literas manu mea firmatas, & figillô munitas dedi.

Poloniae 1719. 3tiâ Martii.

REINHOLDUS GERT.

INTRODUCTIO

DE REBUS QUAE AD IURISDICTIONEM PERTINENT

TO THE STUDENT OF THE LAW

BY

JOHN HENRY

OF THE BAR

NEW YORK

ROBERT

AT THE

OFFICE OF THE

LIBRARY

OF THE

CITY

OF NEW YORK

1850

PRINTED

BY

JOHN

HENRY

ROBERTUS

INTRODUCTIO  
in  
Univerſam Ariſtotelis Philoſophiam  
*ſeu*  
DIALECTICA  
*Tribus Diſputationibus*  
EXPLANATA

INTRODUCTIO

in

Universam Aristotelis Philoſophiam

DIALLECTICA

Trium Diſtinctionum

EXPLANATA



AD STUDIOSUM LECTOREM

**D**ialecticam, seu compendiosam Logicam,  
 ejusque præcepta præparativa Modorum  
 sciendi, ac directiva operationum Intelle-  
 ctus, esse Introductionem ad universam Phi-  
 losophiam, omnibus satis superque notum est.  
 Hæc enim primò traditur à Philosophis, hæc  
 proponit elementa, quæ primò discuntur &  
 disci debent ab omnibus quarumvis scientia-  
 rum, sed vel maximè Philosophie Aristote-  
 licæ Candidatis, quæ si ignorentur nemo do-  
 ctè & Aristotelicè Philosophari potest; hæc  
 subministrat principia & argumenta, ad mul-  
 ta in aliis scientiis argutè & perspicuè de-  
 ducenda.

In hac tradenda, & per ipsam dirigen-  
 dis tironibus ad superiores Philosophie partes  
 faciliùs addiscendas, plurimum nobilissima de-  
 sudârunt ingenia satis feliciter, & magno di-  
 scentium commodo, ac utilitate. Simile & ego  
 obsequium, præsentem, quem suscepi labore, præ-  
 siare exambio, duo hæc, quæ ipse in ple-  
 risque

risque desiderabam, studiosè curaturus. Imo  
 ut planâ viâ, hoc est facili methodâ &  
 aptâ dispositione, ac coordinatione Materiæ  
 tractandæ, non verò per flexuosos Labyrin-  
 thos & circuitus Lectorem studiosum ducam.  
 2dò ut præcepta Dialectica, ac totam do-  
 ctrinam in iis, quæ per se & ex terminis  
 non satis nota videbuntur, ad prima revo-  
 cem principia, & ex illis ipsis deducam. Il-  
 lud etiam cavere curabo, ne extra materiam  
 assumptam, & finem præfixum, aliò excur-  
 am, nec quæstiones quæ nullibi à Philosophis  
 communiter examinari solent, hoc loco tractem  
 & scholastica methodo discutiam. Porro in  
 toto hoc opere tres institui Disputationes,  
 quarum 1ma erit de prima Intellectûs nostri  
 Operatione, & de his quæ ad ejus directio-  
 nem spectant. 2da agei de secunda ejusdem  
 Intellectûs Operatione, seu de Propositione.  
 3tia tractabit de operatione mentis  
 tertia, seu de Discursu & Argumen-  
 tatione, ejusq; speciebus.

# DISPUTATIO I

## De prima Intellectus nostri Operatione.

ET hac Disputatione & duabus aliis sequentibus, ipsaque presentis tractatus divisione supponitur, tria esse genera vel species subalternas operationis Intellectus, ad quae vel ad quas, ejusdem Potentiae actus Intentionales revocantur. Idque supponitur conformiter ad communioem, atque ( ut ego existimo ) verioem Philosophorum opinionem, relicto interim, ulteriori Philosophiae, examine sententiarum, quarum una duas nonnisi Intellectus operationes propugnat, altera, quatuor Intellectus operationes adstruere conatur.

Ex his tribus operationibus, ea, de qua in presenti Disputatione tractaturi sumus, vocatur prima Operatio : prima inquam, non tam ratione ordinis, in quo prima tractanda assumitur, sed potius ex eo prima, quod per illam Intellectus noster circa suum objectum primò se exercent, illudque primò quasi intuitu intueatur & representet, nihil de eo affirmando vel negando, consequenter nec discurrendo. Exempli gratia, si quis audita hac voce *DEUS*: vel: *Angelus*, significatum talium vocum Intellectu concipiat & cognoscat, nihil de hoc affirmando vel negando; cognitio hujusmodi est prima operatio, quia per ipsam Intellectus primò se exercet circa objectum illis vocibus significatum, ac tum deinde progreditur ad alias operationes, per quas aliquid de *DEO* aut *Angelo* affirmat, vel negat, vel etiam infert.

Eadem Intellectus operatio, alio nomine simplex apprehensio dicitur, quatenus per illam Intellectus quodammodo apprehendit objectum, sibi que ita praesens facit, ut illud nec componat cum alio per affirmationem, nec per negationem dividat ab alio.

De hac operatione eatenus tractabit praesens Disputatio, quatenus ager de Terminis, qui aut sunt species porissima primae operationis, aut aequè late patent, ac prima operatio suntque

prima Intellectus operatio quid est, & quare sic dicta?

dicitur etiam simplex apprehensio

prima operatio est & dicitur terminus.

suntque ipsamet prima operatio non quidem prout hæc secundum se absolute, hoc est independenter à respectu ad alias mentis nostræ operationes spectari potest; sed prout sumitur cum respectu & ordine ad alias operationes, nimirum ad secundam & tertiam, respectu quarum termini sunt earum præcognita, & quædam quasi partes. Porro circa terminos, triplici Quæstione tria inquirentur. 1<sup>ma</sup> Quid sit terminus? 2<sup>a</sup> Quotplex est terminus? 3<sup>ta</sup> quæ proprietates terminorū?

QUÆSTIO I.

*Quid est terminus Propositionis?*

1.  
Definitiones  
variarum termi-  
ni.

**T**erminum varij variè definiunt. Quidam per hoc, quòd sit vox significativa ad placitum; alij per hoc, quòd sit signum ponibile in propositione. Aristoteles definit terminum lib. 1<sup>mo</sup> Priorum Cap. 1. *Terminus est in quem resolvitur propositio ut in predicatum & de quo predicatur.*

2.  
aliquæ rejci-  
untur.

Primâ definitione non videtur convenienter definiri terminus. Tum quia dicta definitio non convenit omni termino, non convenit enim termino Mentali, qui propriè & principaliter in acceptione Philosophica est terminus, siquidem terminus mentalis non est vox, nec significat ad placitum, ut illi sentiunt, qui terminum sic definiunt. Tum quia eadem definitio non convenit omni termino etiam Vocali. Multæ enim voces non significativæ, possunt habere rationem termini propositionis: ut in hac propositione: *Blictri nihil significat*, *Ly blictri* est terminus, quia est subjectū dictæ propositionis, quæ tamen vox non est vox significativa. Tum quia dicta definitio convenit alicui, quod non est terminus. Esse enim vocē significativā ad placitum, convenit copulæ propositionis *Ly est vel non est*. Hæc enim significat ad placitum, & tamen non est terminus ut patet in hac propositione: *Petrus est homo.*

Per adam etiam definitionem non bene explicatur terminus. Tum quia etiam hæc definitio non convenit soli termino. Nam adverbia, casus obliqui & copula propositionis, sunt signa ponibilia in propositione, non sunt tamen termini propositionis, nisi fortè ampliatiè & minus propriè. Tum quia hæc definitio non convenit omni termino. Voces enim non significativæ, quæ tales, possunt esse terminus propositionis, ut dictum est immediate superius, quæ tamen non sunt signa, cum nihil significant.

Dicendum igitur est cum Aristotele. Terminus est, in quem resolvitur propositio, tanquam in prædicatum & de quo prædicatur. Vel, ut multis aliis placet: Terminus propositionis est extremum in quod resolvitur propositio tanquam in prædicatū & subjectū, hoc est tanquam in id quod prædicatur, & in id quo prædicatur.

Explicatur Definitio. Dicitur imprimis *Est extr. mū.* Tum ex eo, quia termini in propositione quandam habent similitudinē, & analogiā cum extremis unibilibus Compositi Physici; sicut enim hæc si uniantur, constituunt Compositum, ita termini propositionis, si per Copulam jungantur, constituunt propositionem. Unde habetur, quod sicut partes unibiles Compositi dicuntur Extrema unibilia Compositi, ita termini propositionis dicantur extrema ejusdem. Tum ex eo, quia termini propositionis, scilicet prædicatum & subjectum, tanquam extrema quadam concludunt propositionem, ne in infinitum pateat dictio; sicut extrema & termini lineæ vel alterius quantitatis, concludunt & terminant lineam aut quantitatem, ne protendatur in infinitum. Sicut enim linea, carens ab una vel ab utraque parte extremo seu termino, protenditur in infinitum versus illam partem, ex qua non habet terminum; ita dictio si non contineatur duobus terminis, sed saltem alterutro termino careat, patet in infinitum, nec habet sensum completum & interminatum. Et sic hæc dictio: *Petrus est* sumendo *Ly est* ta, ut significet præcisè copulam, patet in infinitum, extenditur enim ad infinita prædicata, per quæ potest sensus illius comple

terminus ab Aristotele quomodo definiatur?

terminus quare Extremum propositionis dicitur.

compleri; potest enim dici: *vel quod Petrus sit homo, vel quod sit doctus &c.* Id ipsum patet, etiam in hac altera dictione: *est albus.* Iterum enim & hujus dictionis sensus patet in infinitum, potest enim hæc prædicatio fieri *vel de homine, vel de equo, vel pariete.*

Dicitur 2do: *Est extremum in quod resolvitur propositio.*

5.  
Quid est propositione  
resolvi in terminum?

Sicut enim in unoquoque composito sunt aliquæ partes, tales, quæ post destructionem & resolutionem Compositi manent, adeoque in illas resolvitur compositum, & insuper est aliqua pars talis, quæ post destructionem ejusdem compositi non manet, sed potius per ejus destructionem & desitionem fit formaliter resolutio Compositi, proindeque in illam non resolvitur Compositum. Ex.gr. In Composito Physico quod est homo, *materia una seu corpus, & anima rationalis,* sunt tales partes, quæ post resolutionem dicti compositi, quæ fit in morte *hominis,* manent, in easque, dicitur *resolvi homo.* Ultra has verò partes est alia pars constitutiva *hominis,* nimirum *Unio Corporis cum Anima,* quæ post resolutionem *hominis* non manet, sed potius per ejus destructionem & desitionem fit formaliter resolutio *Compositi humani,* proindeque in unionem non resolvitur *Compositum physicum humanum;* Ita pariter in *propositione,* quæ est quoddam totum in suo genere, sunt aliquæ partes, quæ post resolutionem propositionis intelliguntur manere; talesque partes sunt: *prædicatum & subiectum* propositionis. Unde etiam in has partes, dicitur *resolvi propositio.* Ultra verò has partes datur alia pars, scilicet: *Copula* propositionis, nectens prædicatum cum subiecto, expressa per verbum *est vel non est,* in cujus desitione intelligitur consistere resolutio *propositionis,* proindeque in hanc partem non resolvitur *propositio.* Ex.gr. in hac propositione: *Petrus est Animal,* *Ly Petrus & Ly Animal* sunt tales partes, quæ post resolutionem dictæ propositionis intelliguntur manere; possum enim concipere & *Petrum & Animal,* quin *Animal* prædicem de *Petro;* proinde in hæc duo nimirum in *Petrum & Animal* dicitur  
resolv

QUID EST TERMINUS PROPOSITIONIS

resolvi præsens propositio. Copula verò est, talis est pars dictæ propositionis, quæ non manet post resolutionem ejusdem, cum implicet resolvi totum, manente nexu partium totius.

Nota, in hac termini definitione, Ly *resolvitur* non ita accipi, ut significet tempus præsens, seu ut significet actua- lem & præsentem pro nunc resolutionem propositionis, sed Ly *resolvitur* accipitur ampliati-ve, ut significet omne tem- pus præsens præteritum & futurum, vel certè ita accipitur, ut Ly *resolvitur* idem significet quod *potest resolvi*.

Dicitur 3<sup>to</sup> tanquam *in prædicatum & subjectum, seu in id quod prædicatur & in id de quo prædicatur*. Ut scias in propositione duos intervenire terminos, quorum unus dicitur *prædicatum*, alter dicitur *subjectum*. Prædicatum ulterius est id, quod affirmatur vel negatur de alio. Subjectum est illud aliud de quo affirmatur vel negatur prædicatum.

Ex data explicatione definitionis termini, patet quis sit sensus ejusdem definitionis. Est nimirum sensus hic: Quòd terminus sit quævis illa pars propositionis, quæ intelligitur secundum suum esse posse manere, non manente copulâ propositionis, seu non intellecta affirmatione per verbum *est*, vel negatione per verbum *non est* ( utrumque enim venit nomine copulæ prædicati de subjecto ). Præterea terminus est illa pars propositionis, quæ habet vel habere potest rationem prædicati vel subiecti in propositione.

Bonitas definitionis probatur imò ex eo quia convenit omni & soli termino propositionis. *Omni*. Quia nullus terminus propositionis ostendi potest cui non conveniat. *Soli termino*. Quia nulli alteri convenit quod non est terminus. idò Quia data definitio constat genere proximo & differentiâ ultimâ. Genus proximum est Ly *Extremum*, hoc enim prædicatum convenit pluribus, nimirum extremis unibilibus compositi substantialis, extremis quibus terminatur continuum quantum, ac etiam termino propositionis. Differentia ultima est Ly: *in quod resolvitur propositio &c.* per hoc

B

enim

Ly *resolvitur* quomodo est accipiendum

6.

In propositi- one duo sunt termini.

7.

8.

enim prædicatum differt terminus propositionis ab omni eo quod non est ipse.

Cur in defini-  
tione termini  
penatur Ly  
extremum?

Neque valet si dicas in definitione Aristotelica termini, non reperitur Ly *extremum* Ergo non bene ponitur in definitione, videturque Ly *extremum* redundare. Præterea hæc, Extremum & terminus sunt convertibilia imò synonyma, Ergo non bene unum per aliud explicatur. Non valet inquam. Etiam si enim Ly *extremum* non ponatur in definitione Aristotelica, bene tamen à multis aliis ponitur, absque eo, quod multum recedatur à mente Aristotelis. Siquidem Ly *extremum* & Ly *terminus* sunt termini synonymi, ut vult obijciens, unusque in definitione ponitur pro altero. Ex eo verò in definitione termini placuit ponere Ly *extremum* Quia Definitionem Aristotelicam prout hæc ab Aristotele proponitur videtur ingredi definitum, idemque per idem explicari, nimirum terminus explicatur per terminum, Quia explicatur per relativum *in quem*, quo relativo repetitur terminus, sensusque definitionis Aristotelicæ est. *Terminus est in quem* ( id est in Terminum ) *resolvitur propositio* &c. Cui in cōmodo occurritur dum in definitione termini ponitur Ly *extremum* quod utique non est ipsum definitum. Et hinc patet Ly *extremum* non esse quid redundans, ponitur enim ne per relativum *in quem* definitionem termini ingrediatur definitum. Quod verò *terminus propositionis* & Ly *extremum in quod resolvitur propositio* &c. Sint Convertibilia, hinc non bene arguitur unum non posse definire per aliud. Cum potius de ratione rectæ definitionis sit esse illam convertibilem cum suo definito. Præterea Ly *extremum* & terminus si hæc irrestrictè accipiantur sunt convertibilia, nec id officit, Non sunt tamen convertibilia *terminus propositionis ut talis* & Ly *Extremum* siue addito Quia Ly *Extremum* latius patet, estque pars definitionis nimirum est genus. *Terminus* verò *propositionis* est totum, quia est definitum integre acceptum. Hæc ipsa proportionate synonyma dicuntur & negari



negari possunt. Licet verò *Terminus propositionis*, & *extremum in quod resolvitur propositio* idem omnino significant, non tamen eodem modo sed diverso, nimirum definitio significat clarius, definitum non ita clarè.

Obijcitur deinde imò Data definitio termini convenit copulæ propositionis, quæ non est ejusdem terminus, Ergo hæc definitio non est bona. Antecedens probatur Tum quia in copulam potest resolvi propositio tanquam in subiectum, ut cum dico *Ly est* est copula in hac propositione prius *Ly est* habet rationem subiecti. Tum in copulam potest resolvi propositio tanquam in prædicatum, ut cum dico *DEUS est* in qua propositione *Ly est* est prædicatum, aliud enim prædicatum hæc propositio non habet, sine quo tamen repugnat esse propositionem.

Respondeo Negando Antecedens. unam probationem distingvo, in copulam *est* exercitè & formaliter sumptam potest resolvi propositio, tanquam in subiectum, Nego Antecedens. In copulam *est* materialiter sumptam potest resolvi propositio tanquam in subiectum Concedo vel omitto Antecedens & distinguo consequens, Ergo copulæ *est* exercitè & formaliter sumptæ convenit definitio termini, Nego Consequentiam, Ergo copulæ *est* materialiter sumptæ convenit definitio termini, Transeat consequentia. Et Dico copulam *est* dupliciter sumi posse, primò exercitè & formaliter. 2do materialiter. Sumitur copula exercitè & formaliter, dum accipitur prout exerceret munus copulæ, hoc est: quatenus præcisè nectit prædicatum cum subiecto. Materialiter autem sumitur copula, dum sumitur secundum sua prædicata quæ illi conveniunt in ordine ad hæc de se verificanda, id est verè affirmanda vel neganda. In copulam ergo *est* exercitè & formaliter sumptam non resolvitur, nec potest resolvi propositio hoc est non potest resolvi in ipsum nexum prædicari cum subiecto, hic enim nexus in resolutione propositionis intelligitur non manere. Id verò in quod resolvitur propositio

9.

10.

In copulæ exercitè sumptam non resolvitur propositio.

positio, in resolutione ejusdem & post illam debet manere. In copulam tamen materialiter sumptam non secus atque in voces non significativas, adverbia, relativa, casus obliquos &c. si hæc omnia sumantur materialiter, potest resolvi propositio illa, in qua aliquid ex his ponitur pro subjecto, ac de hoc subjecto, prædicatum quodpiam affirmatur vel negatur. Taliterque sumpta copula est terminus, quia est subjectum propositionis, proindeque potest & debet illi convenire definitio termini. Omissa est 2da pars Antecedentis distincti &c. Quia dici potest quod dum copula est sumitur materialiter, est tunc aliud subjectum quod subintelligi debet. Nimirum *hæc vox, hæc Res, hæc Assertio, Negatio* &c. in quod subjectum principaliter resolvitur propositio in qua *Ly est* sumitur materialiter.

Noto *imo* copulam est in una propositione exercitè sumptam in altera propositione posse sumi materialiter, in quo casu illa propositio in qua copula est sumitur materialiter resolveretur in eandem copulam tanquam in subjectum. propositio verò in qua copula sumitur exercitè non resolveretur in copulam.

Noto *2do* In propositione in qua copula est sumitur materialiter, debere insuper dari copulam formaliter & exercitè talem, ut vides in hæc propositione *Est est copula* in qua bis repetitur *Ly est*. Illudque quod prius ponitur, est copula materialiter sumpta, in eamque resolvitur propositio tanquam in subjectum. Posterius positum *Ly est* est copula exercitè & formaliter sumpta, & in illam non resolvitur ad ducta propositio.

II.

2dam Probationem distingvo. In copulam est substantive & in vi copulæ acceptam potest resolvi propositio tanquam in prædicatum, Nego probationem. In copulam sumptam participialiter & in vi verbi potest resolvi propositio tanquam in prædicatum, Omitto hanc partem, Et dico Copulam seu vocem est posse sumi dupliciter, primò substantive

In copulam participialiter sumptam potest resolvi propositio.

est & in vi copulæ præcisè, qualiter sumitur dum *Ly est* necit subjectum cum prædicato ab ipsa copula diverſo, & nullatenus in illa contento, ut fit in hac propositione *Petrus est homo* 2do *Ly est* potest sumi participialiter & in vi verbi hoc est sicut sumuntur alia verba, nimirum ut non solum munus Copulæ exerceat, led etiam, ut contineat aliquod prædicatum participiale, ut fit in hac propositione *DEUS est* cujus *Ly est* continet prædicatum participiale, debetque exponi per copulam & participium hoc v.g. modo. *DEUS est existens.*

Hoc posito, Dico ulteriùs in copulam dum hæc substantivè & in vi copulæ accipitur propositionem resolvi non posse tunc enim exercet præcisè munus necendi prædicatum cum subjecto, estque unicè nexus terminorum in quem (ut dictum est) non resolvitur propositio. In copulam tamen participialiter sumptam potest resolvi propositio, quia potest resolvi propositio in prædicatum, quod dicit Copula participialiter accepta, ut patet in hac propositione: *DEUS, est* quæ potest resolvi in participium, *existens* tanquam in prædicatum quod in hac propositione continet *Ly est* sumptum participialiter. Hac occasione.

Nota imò etiam in copulam *est* participialiter sumptam pro ut accipitur adæquatè non resolvitur propositionem, ita ut in omne id, quod dicit *Ly est* taliter sumptum resolvatur propositio. Tale enim *Ly est* duo dicit Copulam & participium & per hæc duo exponitur, in utrumque verborum non resolvitur, nec potest resolvi propositio, solum ergo in *Ly est* participiale inadæquatè acceptum potest resolvi propositio, quatenus potest resolvi in participium *existens* per quod *Ly est* exponi solet.

Nota 2do quod dictum est de hac propositione *DEUS est* in quod *Ly est* sumitur participialiter, idem intelligi debet de aliis propositionibus quæ constant subjecto & verbo, quales sunt *Petrus fudet, Equus currit &c.* nimirum etiam hæc pro-

resolvitur & in alia verba simili ratione.

propositiones cum ex poni debeant taliter, ut participium affirmetur de subiecto in hunc Ex. gr: modum: *Petrus est studens. Equus est currens* resolvi debent in subiectum & in participium pro prædicato assumptum, nullatenus verò in copulam.

12.

Obijcitur 2do data definitio termini convenit adhuc Casibus obliquis, relativis, adverbis, iisque exercite & formaliter sumptis, in hæc enim, cum illa non sint nexus extremorum propositionis, non est ratio, cur non resolvatur propositio. Et sic hæc propositio *Augustus II. est Rex Poloniae* eo ipso quod resolvatur in *Ly Augustus* et in *Ly Rex Poloniae* resolvitur quoque in casum obliquum *Poloniae*, similiter & hæc altera propositio *Petrus est bene doctus* resolvitur in adverbium *bene* Atqui casus obliqui, relativa adverbia etc. non sunt termini propositionis. Ergo. 2do data definitio termini convenit integre propositioni, integro item discursui, in hæc liquidem possunt aliquæ propositiones resolvi. Et sic dum dico *DEUS existit est propositio vera*, tota hæc propositio reflexa resolvitur in hanc aliam *DEUS existit*, tanquam in suum subiectum. Similiter si dicam *Omne bonum est amandum, DEUS est bonus Ergo DEUS est amandus, est syllogismus recte concludens*. Hæc tota propositio resolvitur in hunc discursum *Omne bonum est amandum DEUS est bonus, Ergo DEUS est amandus* tanquam in subiectum, de quo affirmatur quod sit *syllogismus recte concludens*.

13.

Respondeo ad imum Negando quod data Definitio termini conveniat casibus obliquis, relativis adverbis &c. exercite sumptis. Ad probationem dico propositiones resolvi in Casus obliquos, relativa, adverbia &c. non tanquam in extrema propositionis; sed tanquam in affectiones; limitationes & modificationes extremorum. Illa autem non nisi sunt termini propositionis in stricta acceptione termini, in quæ propositio resolvitur tanquam in sua extrema. Quare casus obliqui

In casus obliquos Adverbia &c. An & quomodo resolvatur propositio?

obliqui, Relativa, adverbia & similes partes Orationis, ad summum cum terminis quos afficiunt, constituunt unum terminum, nimirum prædicatum vel subjectum. Et sic in hac Propositione *Augustus II. est Rex Poloniae* Ly *Polonia* non est terminus diversus à termino *Rex* sed cum Ly *Rex* unum efficit terminum.

Ad 2dum Respondeo cum Distinctione Propositioni similiter & discursui prout propositio & discursus sunt quædam secundum se tota, convenit definitio termini, Nego Antecedens. Propositioni similiter & discursui prout hæc sunt partes respectu propositionis alicujus reflexæ convenit definitio termini, Concedo Antecedens. Et dico Propositionem & discursum posse sumi vel prout sunt quædam in se tota nec intelliguntur inesse partis referri ad aliud totum, vel prout sunt pars & extremum alicujus propositionis reflexæ aliquid de illis ipsis enunciantis. Priori modo sumptis Propositioni & discursui non convenit definitio termini, id enim nulla ratione evincitur. Eadem tamen definitio convenit propositioni & discursui, dum sunt pars & subjectum alterius propositionis supra illa reflexæ, ut patet in propositionibus in Objectione adductis. Cæterum tunc propositio & discursus sunt termini propositionis.

Obijcitur 3tio, ut sit bona definitio Rei debet esse per prædicata imò essentialia Rei. Sed data definitio termini *Terminus est Extremum in quod resolvitur propositio tanquam in subjectum & prædicatum.* Non est definitio per prædicata imò essentialia termini, Assignabilis enim est definitio, quæ sit per prædicata priora termini. Nimirum si terminus definitur per hoc, quod sit *Extremum Componens propositionem tanquam subjectum & prædicatum ejusdem.* Prius liquidem est componi propositionem, quam resolvi.

Respondeo imò cum distinctione, ut definitio Rei sit bona debet esse per prædicata imò essentialia Rei, ita ut non deficiat in aliis condicionibus usque principalibus rectæ definitionis

in illis pro  
est in quo  
propositio

14

15

definitio de-  
bet esse per  
prædicata &

tionis

essentialia rei  
quo id sensu  
intelligi debet?

Definitio Rei  
non debet de-  
ficere in clari-  
tate

nitiois concedo majorem debet esse per prædicata imò es-  
sentialia Rei etiam tunc dum talis definitio non potest ha-  
bere, nisi simul deficiat in principali & præcipua aliqua con-  
dicione rectæ definitionis Nego majorem. Minorem de-  
inde distinguo. Atqui data definitio termini non est per  
prædicata primo essentialia termini, & potest talis haberi  
absque eo quod deficiat in condicionibus principalibus rectæ  
definitionis, Nego minorem, nec potest dari talis definitio quin  
deficiat in condicione aliqua principali rectæ definitionis  
Transcat minor & Nego consequentiam, ac Dico de Ratio-  
ne rectæ definitionis esse ut sit per prædicata primò essen-  
tialia Rei, si per talia prædicata potest haberi absque eo quod  
deficiat in aliis Condicionibus iisque principalibus rectæ de-  
finitionis, nimirum si non deficiat in claritate. Hæc enim  
in definitione, maximè spectari & exigi debet. Cùm defi-  
nitio sit explicatio Naturæ Rei, qualis esse non potest, si  
non habeat claritatem. Porro allata à nobis definitio termi-  
ni non est quidem per prædicata imò essentialia, quod ip-  
sum transcat, cæterum habet claritatem in qua deficit al-  
ter illa definitio, quæ dicitur per prædicata priora termini  
Quia non satis clarum est, per quid & quomodo constitu-  
atur propositio, sed hoc ipsum intelligi debet ex resolutione  
ejusdem. Quod si cupiam clarum est quid sit propositio-  
nem componi ex subjecto & prædicato tanquam extremis  
præsuppositis & præcognitis ante enunciationem & prædica-  
tionem, poterit is definire terminum per hoc quod sit extre-  
mum. Componens propositionem tanquam subjectum & prædica-  
tum Interim propter Authoritatem Aristotelis, quàm magni  
faciunt & facere tenentur Philosophi, data definitio, quæ aut  
Aristotelica est aut proximè accedens ad Aristotelicam, optimè  
retineri & defendi potest.

17.  
Definitio ter-

Responderi 2do potest Negando minorem & dici Non  
dari prædicata essentialia termini priora illis, per quæ è men-  
to Aristotelis definitur terminus, si *Ly. resobis* latius accipie-  
tur

tur

tur hoc est non solum pro eò quod est manere post intellectam sublationem copulæ, sed etiam pro eò, quod est manere & præsupponi ante intellectam positionem ejusdem copulæ seu pro eò, quod est præcognosci subjectum & prædicatum antequam unum affirmetur vel negetur de aliò.

mini est per prædicata primo essentialia termini.

## Q U Æ S T I O II.

### *Quotuplex sit Terminus?*

Cum plures sint species, in quas dividitur terminus, tribus diversis Punctis de illis tractabimus.

### P U N C T U M I.

*Aliquæ species termini explicantur.*

**D**ividitur imò terminus in mentalem vocalem & scriptum. 18.  
 Mentalis terminus est propriè terminus, quâ hic est Actus & operatio intellectûs, cujus species terminus esse debet. Termini verò Vocalis & Scriptus sunt Actus Potentialium externarum per voces, nutus, characteres tanquam per signa exprimentes objectum termini mentalis, & pro hoc substituti. Definiri potest terminus mentalis sic: *Est extremum, in quod resolvitur propositio mentalis tanquam in subjectum & prædicatum.* Vocalis terminus est *in quem resolvitur propositio vocalibus prolata, tanquam in subjectum & prædicatum.* Seu est vox, quæ in propositione vocali respondet termino propositionis mentalis, hoc est subjecto vel prædicato mentali, pro eòque substituitur in ordine ad significandum, objectum ejusdem subjecti vel prædicati. Terminus alius est Mentalis.  
 Scriptus terminus alius Vocalis.  
 est, *in quem resolvitur propositio scripta.* Seu terminus scriptus, est pars illa, propositionibus characteribus expressa, quæ respondet subjecto, vel prædicato propositionis mentalis, pro eòque alius Scriptus.

eoque substituitur in ordine ad significandum objectum ejusdem mentalis subjecti vel prædicati.

19. In terminum mentale propositio quomodo resolvatur? Circa terminum mentalem Noto. Quod propositio mentalis resolvatur in suos terminos si non formaliter saltem æquivalenter, quatenus intellectus potest divisim repræsentare objecta prædicati & subjecti sine affirmatione & negatione unius de aliò, simili aliquatenus modò atque repræsentant sua objecta, prædicatum & subjectum dum ponuntur in propositione mentali, quæ unum affirmetur vel negatur de aliò. Quod ideo Noto & addo, ne explicatione termini mentalis aliquid determinare videar circa Quæstionem illam, de quâ à quibusdam Philosophis disputatur. An propositio mentalis sit Actus indivisibilis Intellectus, nullas habens partes à se realiter distinctas, (ut cõmuniùs docetur) an verò constet tribus Actibus intellectus realiter à se distinctis, tanquàm suis partibus, quorum unus sit subjectum, alter prædicatum, tertius actus sit copula nectens prædicatum cum subjectò. Ut aliqui recentiores sentiunt. Deinde ut pateat quomodo terminus mentalis ad Primam Intellectus operationem spectet & reducatur, quod supposuimus in ipso titulò Disputationis. Scilicet, licet terminus solâ fortè ratione distinctus ab ipsa propositione, non sit prima Intellectus operatio sed secunda; tamen terminus ille, in quem æquivalenter resolvitur propositio, quatenus extra propositionem, per Actum Intellectus repræsentatur idem objectum, quod fuit repræsentatum per subjectum vel prædicatum propositionis, est una Intellectus nostri operatio.

20. Terminus significativus.

Dividitur 2dò Terminus in Significativum & non significativum. Significativus terminus est qui ex Institutione Dei vel hominum, significat seu indicat objectum seu rem ab illò ipso terminò diversam. Tales termini sunt Ly *DEUS* homo &c. qui ex Institutione hominum significant objecta, seu res ab his ipsis terminis, aut vocibus distinctas, *DEUM* scilicet *realem*, & *hominem realem*.

Terminus



Terminus non significativus est qui ex Institutione DEI terminus non  
& hominum non indicat, nec significat objectum seu rem ul' significativus.  
lam à se distinctam. Pro exempló talis termini solent ad-  
duci voces *blictri* & *findapson*.

*Circa hanc Divisionem termini*

Noto etiamsi esse terminum significativum, vel non si-  
gnificativum videatur convenire non nisi vocibus & chara-  
cteribus, adeoque termino vocali & scripto, qui sunt signifi-  
cativi, idque ex eo, quia hi termini propriè significant ex In-  
stitutione DEI vel hominum, tamen & terminis mentalibus  
convenit, quod sint significativi, & aliqui eorum dici possunt  
non significativi. Nam terminus mentalis respondens voci  
audita *DEUS*, videtur esse terminus significativus, quatenus  
significat rem ab ipso termino distinctam. Terminus verò  
mentalis respondens voci audita *blictri* est non significativus,  
quia licet audita hac voce, habeam cognitionem & appre-  
hensionem ejusdem vocis, nullum tamen objectum cognosco,  
quod hac voce *blictri* significetur, adeoque quod per appre-  
hensionem hujus vocis representetur. Idque dici potest, quòd  
termini mentales, saltem prout à nobis in hac vita mortali  
constitutis formari solent, quòd hæc vel illa objecta, seu res  
significant non habeant id independentem omnino ab Institu-  
tione DEI vel hominum, ut docet, in suâ Dialecticâ Doctissi-  
mus Societatis nostræ Theologus & Professor Romanus, R.  
P. JOANNES de Ulloa. Certè audiens hanc vocem: *DEUS*  
quòd tunc concipiat Essentiam perfectissimam, quæ & sibi est  
sufficiens ad esse, & aliarum omnium rerum est Principium,  
id aliquomodo dependet ab Institutione, nisi enim hæc vox  
*DEUS* instituta fuisset ad significandum tale objectum, sed  
potius instituta fuisset ad significandum quid diversum, audi-  
ens hanc vocem *DEUS*, non *DEUM* conciperet sed illud aliud  
objectum

25.

Terminus  
mentalis quo-  
modo signifi-  
cat objectum!

Obijcies Non datur terminus non significativus, Ergo terminus non bene dividitur in significativum & non significativum. Antecedens probatur, si quis terminus esset non significativus, esset terminus *blētri* vel alius similis. Sed Ly *blētri* non est talis terminus, potius enim est terminus significativus. Tum quia Ly *blētri* significat nihil, eò ipso quòd dicatur nihil significare. Sed significare nihil, est esse terminum significativum, quia talis terminus significat aliquid Negativum. Ergo. Tum quia termini hi negativi *Nihil, non ens, negatio* & similes sunt termini significativi, significant enim carentias rerum. Ergo & terminus *blētri* est terminus significativus, idem enim significat quòd illi termini. *Nihil, non ens, Negatio*. Tum Quia terminus *blētri* hoc ipsum significat, quòd significet nihil. Si enim ex me quaratur, quid significet *blētri* ! respondebo, quòd significet nihil, seu quòd nihil significet. Confirmatur imò S. Augustinus dicit: *Nihil interesse utrum dicatur sine ipso nihil factum est, an, sine ipso factum est nihil*. Ergo etiam perinde est dicere *blētri* nihil significat, ac dicere *blētri* significat nihil. Confirmatur 2do Audita voce *blētri*, venio in hanc cognitionem, quòd *blētri* nihil significet, Ergo hoc ipsum, *blētri* debet significare. Una quæque enim vox illud significat in cuius cognitionem venio, audita tali voce. Tum quia terminus *blētri* significat se ipsum, hoc est sonum vocis & conceptum hanc vocem proferentis, respondentem eidem voci, Ergo hic terminus est significativus.

Significare nihil & nihil significare sunt diversa.

Respondeo Negando antecedens & probationis minorem, ulterioris primæ probationi Nego minorem, & Dico diversa ista esse *significare nihil* & *nihil significare*. Sicut hæc sunt diversa cognoscere nihil, & nihil cognoscere. Significare enim nihil est significare Negationem & non esse rei, ita ut ipsum nihil & non esse rei, habeat se per modum objecti significati & representati per cognitionem aut locutionem, quæ dicitur cognoscere vel significare nihil. Nihil autem significare

est non significare quidquam tam positivum, quam negativum, ita ut omnis negetur significatio de voce ac termino, qui dicitur nihil significare.

Hoc posito Dico ulterius licet vera sit hæc propositio: *blictri nihil significat*. Sensus enim illius est quod *blictri* nullam ex Institutione D E I vel hominum habeat significationem. Falsa tamen est hæc altera. *Blictri significat nihil*, hæc enim propositio de *blictri* affirmat significationem ejus, quod est nihil, seu significationem nihili, quæ non convenit termino *blictri*. Hanc responsionem tenetur admittere obijciens, nisi velit sibi contradicere. Hic enim negat terminum *blictri* esse non significativum terminum, & tamen asserit esse terminum significativum nihili, Ergo secundum ipsum diversa hæc sunt, esse terminum non significativum & esse terminum significativum nihili, aliàs si essent idem utrumque deberet esse verum, & utrumque deberet affirmari de *blictri*, vel utrumq; negari. Ergo nec ista secundum eundem debent esse idem, si significare nihil, & nihil significare.

2dæ ulteriori probationi Nego consequentiam cum sua probatione. Falsum enim est *blictri* & vocem *nihil* idem significare, si enim significarent idem, perinde esset dicere *blictri video*, ac dicere *nihil video* cum tamen prior propositio sit contra Institutionem lingvæ latinæ, & contra mentem institutorum. Nullibi enim in Dictionarijs reperitur hæc vox *blictri* in quibus tamen reperitur vox *nihil*.

3tia probationis Nego antecedens, & Dico etiam hæc diversa esse *Blictri nihil significat*. Et *blictri significat hoc ipsum, quod nihil significat*. Prior propositio est Negativa, & negat omnem significationem de *blictri* estque propositio vera, 2da propositio est affirmativa, affirmat enim de *blictri* significationem hujus ipsius, quod est nihil significare, estq; hæc propositio falsa, nec ejus veritas ullatenus inferri potest ex veritate prioris illius propositionis: *blictri nihil significat*. Ad confirmationem ab autoritate dico, concessio antecedente,

24.  
vox *blictri* non idem significat quod vox *nihil*.

Ly factum est *nihil* quomodo intelligi debet.

Ly factum est  
nihil quomodo  
intelligi  
debeat.

admisso nimirum textu S. Augustini Nego Consequentiam Disparitas est, ideo nihil inest utrum dicatur sine ipso nihil factum est, an dicatur sine ipso factum est nihil. Quia hæc non possunt in diverfo sensu intelligi. Cum enim repugnet productionem esse nihili seu terminari ad nihilum, sed hæc essentialiter debeat terminari ad Ens positivum, illudque existens. Si dicatur aliquando præsertim à scriptura sine ipso ( id est DEO ) factum esse nihil, talis scripturæ propositio non potest sic intelligi, quòd productio terminata ad nihilum sit ab aliò, & non à DEO, esset enim falsa & falso suppositò laboraret, debet itaque intelligi in eo sensu quod sine DEO nihil factum sit, quò non nisi sensu potest esse vera, è contra hæc possunt in diverfo sensu intelligi *significare nihil* & *nihil significare* cum, tam hoc, quàm illud non repugnet, unde etiam hæc propositio *Blictri nihil significat* ita est vera, ut potuerit esse falsa, & potius illa esse vera *Blictri significat nihil*, si vox *blictri* instituta & assumpta fuisset ad significandum nihil. Quare multum interest, ne hæc confundantur, & pro eodem sumantur. Confirmationem 2dam distinguo. Audita voce *blictri* venio immediatè ex vi ipsius vocis & ejus significationis in cognitionem hujus veritatis, quod *blictri* nihil significet, Nego antecedens. Audita hac voce *blictri* venio mediate & per discursum in cognitionem quod hæc vox nihil significet, concedo hoc sensu antecedens confirmationis, & Nego consequentiam. Eadem distinctione distinguo illam propositionem universalem: Unaquæque vox id significat in cujus cognitionem tali vocè audita ex vi ipsius vocis immediatè devenio. Concedo majorem. Unaquæque vox id significat in cujus cognitionem audita aliquà voce devenio mediatè & per discursus ac illationes: Nego universalem. Et Explico distinctionem. Duplici modo audita aliqua voce audiens potest devenire in cognitionem alicujus rei seu objecti *imò* immediatè & ex vi vocis audite ac Institutionis talem vocem afficientis sibi notæ, quod tunc fit quando  
do audiens

do audiens ex eô auditâ voce devenit in cognitionem objecti alicujus determinati, quia vox prolata ex placito DEI vel hominum est instituta ad hoc determinatè objectum significandum, illudque ex usû communi & tali ejusdem vocis intelligentiâ significat. 2do Auditâ voce aliquâ, audiens potest devenire in cognitionem certi alicujus objecti mediâtè & per discursum, quod tunc fit, quando vox quidem ipsa ex suâ Institutione & placito DEI vel hominum non significat hoc determinate objectum, ex reflexione tamen aliquâ factâ supra ipsam vocem ejusque prædicata, suboritur cognitio circa aliquod objectum, & de illo quidpiam inferitur. Hoc posito Dico ulterius ut aliqua vox significet aliquod objectum non satis est, quod illâ auditâ audiens deveniat mediâtè & per discursum in cognitionem objecti, sed requiritur ut veniat in cognitionem objecti immediâtè & ex vi vocis ac significationis voci impositæ. Et sic quamvis voce humanâ auditâ per discursum & mediâtè deveniam in cognitionem dependentiæ, qua talis vox dependet à DEO, tamen non quævis vox humana talem dependentiam propriè significat, idque ex eo quia audiens audita voce quacunque humanâ non ex vi vocis ac Institutionis illam vocem afficientis, venit immediâtè in cognitionem dictæ dependentiæ à DEO. Porro vox *blictri* est talis vox quâ auditâ mediâtè solum & per discursum devenio in cognitionem hujus, quod nihil significet, quatenus non experiendo, quod aliquod objectum tunc menti occurrat ad quod significandum hæc vox sit instituta, habendo præterea ex sensu & testimoniô tot virorum linguæ latinæ peritorum, dictæ voci in hâc linguâ nullam esse impositam significationem, assero & per discursum infero, quod hæc vox nihil significat. Non devenio verò immediâtè & ex vi vocis hujus *blictri*, ac significationis sibi impositæ, in cognitionem hujus objecti, quod *blictri* nihil significet.

4tam probationem distinguo: Terminus *blictri* voce pronuntiatus significat ex placito & institutione DEI vel hominum,

audita voce  
*blictri* audiens  
quomodo de-  
veniat in co-  
gnitione hu-  
jus quod hæc  
vox nihil si-  
gnificet.

Vox *blictri* quomodo se ipsam significat?

num, sonum vocis & conceptum loquentis tali voci respondentem, Nego Antecedens. Terminus *blictri* significat naturaliter & independenter à placito sonum vocis & conceptum eidem voci respondentem, concedo Antecedens & Nego consequentiam, ac Dico duplicem cogitari posse significationem vocis. Unam (quam aliqui formalem appellant) quæ voci articulatae convenit ex placito & institutione DEI, vel hominum, alteram significationem vocis (quam vocant Materialem) quam vox quævis ex naturâ suâ habet, quod se ipsam indicet & manifestet, & insuper significet conceptum talis, vocis expressivum dum pro illô substituitur. Terminus ergo *blictri* voce prolatus non significat formaliter, ex placito & institutione DEI vel hominum, sonum vocis & conceptum, pro quô hæc vox substituitur, sed solum naturaliter ista significat. Quia sicut quævis vox, ita & vox *blictri* est per naturam suam determinata, ut se ipsam indicet ac manifestet, ac etiam ut significet conceptum pro quo substituitur. Qui conceptus comparatè ad voces significativas est conceptus representativus rei, quæ per vocem ex placito significatur. Conceptus verò comparatè ad vocem non significativam, eidem voci respondens, est conceptus representans non nisi illam ipsam vocem non significativam, & sonum ejusdem.

pro quô conceptum substituitur.

24.

Quid terminus complexus?

Dividitur 3<sup>to</sup> Terminus in terminum complexum & simplicem. Complexus terminus est, qui complectitur plures partes quarum singulæ diversam ab aliis significationem habent, idemque significant conjunctæ, quod significant divisæ. Talis terminus complexus est *Ly Augustus Rex Polonia* ejus plures sunt partes & singulæ diversam habent significationem, *Augustus* significat nomen Personæ Regiæ, *Rex* significat officium & dignitatem regiam, *Polonia* significat nationem, cujus Nationis Rex est Augustus. Quæ ipsæ partes idem significant conjunctæ, quod significant divisæ. Terminus simplex & incomplexus est qui aut nullis constat partibus diversis, diversa significantibus. Ut *homo*, *Angelus*, aut constar

Quid terminus simplex?

constat partibus synonymis & eandem omnino rem significantibus ut *Marcus, Tullius, Cicero*. Aut si habet partes non synonymas, illæ aliud significant divisæ, aliud significant conjunctæ, ut patet in voce *Dominus*. quæ si dividatur in duas partes *do & minus*, hæ partes divisæ aliud significant, quam significant in unam vocem conjunctæ.

Dividitur 4<sup>to</sup> Terminus in Categorematicum & Syncategorematicum. Terminus Categorematicus ( qui aliò nomine categorema & prædicativus dicitur ) est ille, qui se solò absque aliò additò, rem certam & determinatam significat, potestque se solò esse prædicatum vel subjectum propositionis. Tales termini secundum omnes sunt omnia nomina substantiva. Nomina Adiectiva & Participia. P. Oviedo censet esse Terminos categorematicos. Econtra P. Hurtado dicit hæc esse terminos syncategorematicos. Terminus Syncategorematicus ( qui alio nomine Syncategorema dicitur ) est ille qui se solò nihil certi & determinati significat, nec potest se solò esse subjectum aut prædicatum propositionis, sed ut sit prædicatum vel subjectum debet conjungi termino Categorematico. Tales termini secundum omnes Philosophos sunt *Omnis Nullus Aliquis* aliaque Nomina Distributiva Disiunctiva & Numeralia.

Subdividitur Syncategorema In Universale & Particulare. Universale est Quodvis syncategorema distributive significans pluribusque sigillatim conveniens. Ut *Omnis Nullus, Particulare* Syncategorema est illud, quod disjunctivè significat & uni ex pluribus convenit ut *Aliquis Quidam*.

Subdividitur præterea Syncategorema in Positivum & Negativum: Positivum ( alij affirmativum appellant ) est illud quod si præfigatur subjecto propositionis, cujus copula non habet negationem præfixam, facit ut sit propositio affirmativa. Talia syncategoremata sunt *Omnis Aliquis*. Syncategorema

28.

Quid terminus Categorematicus?

quid Syncategorema?

29.

Syncategorema universale Particulare.

30.

Positivum Negativum

Positivum  
Negativum

Negativum est, Quod præfixum subjecto propositionis, facit illam Negativam. Talia syncategoremata sunt *Nullus Neut. r.*, *Non omnis*, *Aliquis non*.

## PUNCTUM II.

*Alia species termina examinantur.*

Dividitur 5<sup>to</sup> Terminus in Concretum & Abstractum. Concretus terminus est, Qui significat aliquod totum seu constitutum ex partibus, quarum una est subjectum, altera forma, realiter vel per rationem à se distinctis. Tales termini 31. Quid terminus Concretus? sunt *Albus Sapiens Distinctus &c.* *Albus* enim componitur ex *pariete* v.g. tanquam subjecto, & *albedine* tanquam formâ. *Sapiens* Componitur ex *homine* tanquam subjecto & ex *Sapientia* tanquam formâ *Distinctus* Componitur ex *re* quæ dicitur distingui & ex *Distinctione* tanquam formâ. Terminus Abstractus est, Qui solam formam exprimit, vel significat. Tales termini sunt. *Albedo*, *Sapientia*, *Distinctio &c.* quid abstractus

32.  
Divisio utriusque hujus termini in suas species

Uterque hic terminus nimirum tam Concretus quam abstractus subdividitur in Metaphysicum, Physicum, Logicum & Moralem. Terminus Concretus Metaphysicus est terminus constitutus subjecto & formâ realiter secum identificatis solumque per rationem distinctis. Talis terminus est *Lydianus Distinctus*. Terminus Concretus Physicus est qui constat subjecto & formâ realiter à se distinctis ita ut forma sit insuper distincta ab actu intellectus tales termini sunt *Albus Dulcis Calidus &c.* Terminus Concretus Logicus est qui significat Constitutum ex subjecto & formâ Logicâ seu Intentionali, in distinctâ ab actu intellectus. Tales termini sunt *predicatum*

propo-



*propositionis, subiectum ejusdem, cognitum &c.* Terminus Moralis est qui conflat subiecto & formâ morali hoc est proveniente ab Actû voluntatis vel aliâ formâ constituente totum morale. Talis terminus est *Rex* qui constat Personâ regiâ tanquam subiecto & Electione ac constitutione ipsius in Regem tanquam formâ. Terminus Abstractus metaphysicus est ille quò significatur forma metaphysica hoc est realiter indistincta, solumque distincta per rationem à subiecto. ut *Distinctio*. Terminus Abstractus Physicus est ille, quò significatur forma distincta realiter & à subiecto, & à quòvis actû Intellectûs, ut *Albedo Dulcedo &c.* Terminus Abstractus Logicus est, qui exprimit & significat formam Logicam, hoc est realiter distinctam à subiecto, indistinctam verò ab actû Intellectûs. ut *Cognitio prædicatio affirmatio &c.*

Terminus Abstractus Moralis est qui exprimit formam moralem, per quam plura intelliguntur, nimirum vel Actus voluntatis, ad eumq; respectus. Vel conformitas aut difformitas cum Regulâ morum. vel apta coordinatio partium in ordine ad efficiendû aliquod artefectû. vel contiguitas rerum diversarum, Ut *Acerui lapidum* qui censetur esse totum quoddâ morale, forma moralis est contiguitas & aggregatio pluriû lapidû. Vel alia similia.

Cum hâc divisione termini in Concretû & Abstractû videtur coincidere altera ejusdê termini divisio in Denominativum & Do-

33.

minantem. Omnis enim terminus Concretus est simul Denominativus Et omnis terminus Abstractus est simul deno-

minans. Est verò terminus Denominativus aut potius de-  
 nominatus ille, Cujus denominatio delimitur ab aliò, id est à  
 Denominante. Ut *Sapiens* denominatur à *Sapientia* *Albus* de-  
 nominatur ab *albedine* *Distinctus* à *Distinctione*. Denominans  
 terminus est forma, à quâ alicujus subiecti denominatio de-  
 sumitur & quæ cum subiecto denominabili constituit totum  
 denominatum. Termini denominantes sunt *Sapientia* *Albedo*  
*Distinctio* ab his enim tanquam à formis denominatibus de-  
 sumptæ sunt denominationes *Sapientis Albi, Distincti*.

Quid terminus  
denominativusquid Denomi-  
nans

D.

Termini

34.  
Quid Deno-  
minans in-  
trinsece?

Quid Deno-  
minans ex-  
trinsece?

Quid Denomi-  
nans semiex-  
trinsece?

35.

Quid terminus  
Absolutus?  
Quid Conno-  
tativus.

36.

Terminus 2-  
lius est Posi-  
tivus

Terminus Denominans subdividitur in Denominantem intrinsece. Denominantem extrinsece Et Denominantem semiextrinsece. Denominans intrinsece est ille, à quò tanquam à formâ intrinsecâ subjectò, desumitur denominatio ejusdem subjecti. Talis terminus est *dulcedo* ab hâc enim tanquam à formâ intrinsecâ v.g. *lacti*, *lac* denominatur intrinsece *dulce*. Terminus denominans extrinsece est ille, à quò tanquam à formâ extrinsecâ subjectò, tribuitur eidem denominatio. Talis terminus est *visio*, quæ respectû parietis est forma eundem denominans extrinsece *visum*. Terminus denominans semiextrinsece est forma denominans subjectum partim intrinseca partim extrinseca eidem; talis forma & terminus denominans est *similitudo* quæ subjecto quod denominat *simile* partim est intrinseca, partim extrinseca.

Dividitur 6to Terminus in Absolutum & Connotativum. Absolutus terminus est, Qui in suâ significatione perfectâ non dependet ab aliò, nec connotat aut respicit alium. Tales termini sunt *sum Homo Leo Equus &c.* Terminus, Connotativus est, qui in suâ significatione perfectâ connotat, alium, respicit, & occultè con significat. Tales terminos Connotativos aliqui volunt esse omnia Nomina adiectiva. Ut *Albu sapiens &c.* hæc enim in significatione perfectâ dependent ab aliò, debetque subintelligi vel superaddi substantivum ad complendam talis termini significationem. Termini Connotativi sunt illa in universum nomina, quæ significant res connexas cum alijs, vel dicentes respectum ad objecta à se distincta ut sunt *Pater Filius, Dominus Servus, Creator creatura &c.*

Dividitur 7mo Terminus in Positivum Negativum & Privativum. Positivus (vel ut alij vocant) affirmativus terminus est qui significat rem habentem esse actuale vel possibile vel quasi possibile. Tales termini sunt *DEUS Antichristus Hircoceruus*. *DEUS* quia significat rem habentem esse Actuale. *Antichristus* quia significat rem possibilem.

*Elivo.*

*Hircocervus* quia significat rem quasi possibilem & que concipitur, per modum alicujus esse possibilis. Negativus terminus est qui significat Negationem & non esse Rei. tales termini sunt *Negatio Alius mundi. Res non existens &c.* alius Negativus  
 Terminus Privativus est ille, Qui significat Carentiam formæ in subjecto Capaci vel significat denominationem à tali Carentiâ provenientem. Tales termini sunt *Cacus*, quæ significat Carentiam potentie expeditæ ad videndum in *homine* v.g. tanquam in subjecto capaci talis potentie. *Tenebra* quæ significant Carentiam luci in aere capaci ejusdem lucis. *Nox, Mors &c.* Tales item termini sunt *Cacus homo Aer tenebrosus Mortuum animal.* alius Privativus

Noto Terminum tam Positivum, quam Negativum alium esse talem quoad vocem, alium talem quoad rem. Terminus Positivus quod vocem est ille Qui esse actuale seu possibile quod in re tale est significat, Terminus Negativus quoad rem est ille, qui significat non esse verum & negationem rei, vere & proprie talem. Terminus Positivus quoad vocem est, qui vocibus positivis significat Carentiam & non esse rei. Tales termini sunt *Cacus Tenebra Mors &c.* pluresque termini Privativi, qui Communiter vocibus positivis significant Negationes & carentias formarum positivarum. Terminus Negativus quoad vocem non nisi talis est terminus conceptus vel vocibus negativis expressus, significans tamen esse reale & positivum tales termini sunt quædam prædicata Divina ut esse *Immensi Infiniti Immateriali* & alij similes.

Dividitur 8vo Terminus in Terminum Finitum, & Infinitum. Terminus Finitus (qui etiam Finitans dicitur) est ille, qui rem certam & determinatam significat. Terminus Infinitans est terminus factus ex quocunque termino finito & particulâ negativâ non eidem immediate præfixâ, qui taliter factus, non significat certum & determinatum objectum; sed extenditur ad significanda objecta infinita; imò omnia, præter illud unum, quod significatur termino finito ex quo factus est infinitans. Tales termini sunt *Non homo non Leo &c.* Ex quibus

37.

Terminus & Positivus & Negativus, alius quoad rem alius quoad vocem talis

38.

Quid Terminus Finitus & quid Infinitans;

bus ex. gr. *Non homo*, potest de quibuscunque alijs rebus, & objectis dici, unò exceptò *homine* Pariter dilcurrere de alijs terminis Infinitantibus.

39.

Negatio debet præfigi ipsi termino finito, ut fiat in nita ns.

Circa Terminum Infinitantem Noto *imo* Ad rationem termini Infinitantis requiri, ut negatio immediate præfigatur termino finito, ex quò & negatione, debet fieri terminus infinitans: nec satis est negationem præfigi copulæ propositionis, ut prædicatum sit terminus infinitans. Hinc prædicatum hujus propositionis *Petrus non est lapis* non est terminus infinitans Est autem terminus infinitans prædicatum hujus alterius propositionis *Petrus est non lapis*. Et ratio est Quia cum terminus infinitans ex conceptu talis termini, debeat esse ejusmodi, ut omnibus rebus conveniat, unà illà re exceptà, quæ significatur terminò finito, ex quò factus est infinitans, hoc ipso de quò subjectò prædicatur terminus infinitans; de eodem possunt vere prædicari sub disjunctione, omnia alia objecta, ad quæ significanda extendit se terminus infinitans. Valetq; illatio per descensum à terminò infinitante, ad illa alia objecta, quæ per talem terminum significantur hac v. g. ratione *Petrus est non lapis Ergo Petrus est vel Bos vel Equus vel planta vel Homo & sic de alijs unì prætermisso lapide.* Atquidum per propositionem negativam, de subjectò negatur terminus finitus, quod fit dum Negatio præfigitur copulæ de tali subjectò, non eo ipso sub disjunctione, affirmantur quæcunque alia prædicata, & objecta de eodem subjectò, nec illatio expositoria talis propositionis, fieri debet per affirmationem, quorumvis aliorum prædicatorum, unò exceptò prædicatò, quod per ipsam propositionem negatur. Ex. gr. dum dicitur *Petrus non est lapis* non hoc ipso de *Petro* affirmantur sub disjunctione alia Entia & objecta, nec illatio illa expositoria talis propositionis debet fieri. Ergo *Petrus est vel Bos vel Equus vel Homo &c.* Illa enim propositio: *Petrus non est lapis* est præcisè negativa, nullatenus est affirmativa, Ergo de subjectò nihil affirmat: adeoque non affirmat alia illa objecta, nec prouinde

proinde per illativum descensum exponi debet per propositionem affirmativam disjunctivam.

Dices non minus hæc propositio *Petrus non est lapis* æquivaleret huic *Petrus est quid diversum à lapide*. Atque illi æquivaleret illa altera *Petrus est non lapis*. Ergo de utraque pariter est discurrendum. Respondeo negando Antecedens. Arbitrarie enim asseritur illam propositionem negativam, *Petrus non est lapis* æquivalere huic affirmativæ, *Petrus est quid diversum à lapide*. Nullum enim est fundamentum, nec ulla necessitas huius æquivalentiæ. E contra illa propositio *Petrus est non lapis* æquivaleret illi propositioni *Petrus est quid diversum à lapide* aut potius hanc in se includit.

Utraque enim hæc propositio est affirmativa & utraque extenditur ad quævis objecta significanda & sub disjunctione affirmanda de Petro. Dicitur deinde potest quod hæc propositio *Petrus non est lapis* ad summum æquivaleret huic *Petrus est quid diversum à lapide*, præcise per exclusionem lapidis ab esse Petri. Hæc autem propositio *Petrus est non lapis* æquivaleret huic *Petrus est diversus à lapide tam per exclusionem lapidis à suo esse quam per identitatem cum quæpiam Ente ex infinitis quæ non sunt lapis*. Unde patet non esse æqualiter discurrendum de propositione negativâ *Petrus non est lapis*, atque de illâ quæ de Petro affirmat prædicatum infinitans, nimirum de hæc propositione *Petrus est non lapis*.

Nota 2do Propositiones de prædicatō infinitante, in quibus nimirum non copulæ, sed prædicatō immediate præfigitur negatio, esse æquivalenter partim affirmativas partim negativas, hoc est ejusmodi propositiones resolvuntur in alias duas propositiones, quarum una est Affirmativa altera Negativa. Resolvitur in primis propositio de prædicatō infinitante in propositionem affirmativam, per quam de subjectō dictæ propositionis affirmantur sub disjunctione, omnia objecta distincta ab objectō per Negationem exclusō. Id enim per talem propositionem affirmatur quod prædicatum infinitans significat

Perquid differunt propositio de prædicatō infinitante & propositio quæ de eodē subjectō negat terminum finitum oppositum

40.

Propositio de prædicatō infinitante est partim affirmativa partim negativa

ficat, sed hoc significat disjunctive omnia objecta unò exceptò quod per Negationem excluditur Ergo.

Resolvitur etiam propositio de prædicatò infinitante in propositionem Negativam, quæ de subjectò ejusdem propositionis negat rem terminò, cui negatio præfigitur, significatam. Et sic hæc propositio *Petrus est non lapis* est affirmativa quatenus de *Petrò* sub disjunctioe affirmat quævis objecta distincta à *lapide* Est Negativa quatenus de eòdem *Petrò* negat *esse lapidis*.

Dices si propositio de terminò infinitante, esset partim affirmativa, partim negativa, sequeretur quod hic syllogismus. *Omnis non lapis est non Adamas sed Petrus est non lapis Ergo Petrus est non Adamas*, quod inquam hic syllogismus non recte concluderet. Inferretur enim Conclusio negativa ex utrâque præmissa Negativa, qualis illatio non est recta. Sed hic syllogismus recte concludit, Ergo. Respondedo id me dicturum, de adductò syllogismo, quod Adversarius dicet, de hocaliò syllogismo *Omnis quod non est lapis non est Adamas sed Petrus non est lapis Ergo Petrus non est Adamas*. Qui syllogismus ita constat ex solis Negativis, ut propositiones affirmativas non includat, prout illas includit, syllogismus ex terminis infinitantibus. Videtur vero etiam hic alter syllogismus recte concludere non minus ac ille prior In Neutrò enim concessis præmissis potest negari Consequentia. Directam Responzionem, cum illa non sit huius loci, habebis inferius Disp. 3. Num. 53.

ad objectionem  
respondetur

41.  
Propositio de  
terminò infinitante infert  
propositionem  
Negativam

Noto 31<sup>o</sup> à Propositione de prædicatò infinitante valere consequentiam ad propositionem Negativam, per quam negatur de eòdem subjectò terminus finitus infinitanti oppositus Ex. gr. ab hæc propositione *Petrus est non lapis* valet hæc Consequentia Ergo *Petrus non est lapis*. Quia universaliter valet Consequentia à totò Actuali ad partem Actuale, à propositione Complexâ Copulativâ ad propositionem simplicem in copulativa contentam. Sed propositio de prædicatò Infinitante Est totum quendam actuale, est itè propositio Copulativa, Complectens duas propositiones simplices secum Copula-

Copulatas, quarum una est affirmativa altera Negativa. Ergo à propositione deprædicato Infsinitante valet Confequentia ad unam ex his fimplicibus, quafi Complectitur vg ad Negativam, hoc Modo: *Petrus est non lapis, Ergo Petrus non est lapis.*

Per oppositum à propositione Negativa non deberet valere confequentia ad propositionem de termino infsinitante hoc vg modo: *Petrus non est lapis, Ergo Petrus est non lapis.* Quia à parte una non rectè arguitur ad totum, à propositione fimplici ad propositionem Complexam copulativam, Ex sic non benè argues: *Est modò Anima S. Petri, Ergo est Compositum S. Petri* Item. *Petrus fudet. Ergo & Petrus fudet & Paulus fudet.*

Et viciffim  
Negativa in-  
fert illam.

Quia tamen propositio de prædicato infsinitante est tale totum quod iis partibus conftat, quarum una ex fpeciali ratione infert aliam. Nimirum conftat propositionibus Affirmativa & Negativa, quarum illa quæ est Negativa, infert Affirmativam. Ex. gr. hæc propositio de prædicato Infsinitante *Petrus est non lapis,* est totum Conftans duabus propositionibus Negativâ unâ hac nimirum: *Petrus non est lapis,* & affirmativa altera hac: *Petrus est vel brutum vel homo vel planta &c.* Ex quibus Negativa videtur inferre Affirmativam, Petrus enim ita non est lapis, ut neceffariò effe debeat aliud quid diverfum à lapide fequitur hinc ulterius, quòd ab una tali parte, nimirum à propositione Negativa rectè arguatur ad alteram partem, hoc est ad propositionem affirmativam, imò ad Complexum utriufque feu ad totum, hoc est ad propositionem de prædicato infsinitante. Hæc tamen illatio non est fed quomodo; immediata, nec expositoria propositionis Negativæ, qualis illatio est propositionis Negativæ, ex propositione infsinitante. Hinc verò ulterius patet abfolutè & fimpliciter loquendo, Illationes effe mutuas è propositione infsinitante ad propositionem Negativam in illa in clufam. Et viciffim ab hac ad propositionem infsinitantem

Propositioni  
quæ de ali-  
quò subjectò  
affirmat ter-  
minum fini-  
tum non est  
contradictoria  
quæ de eodem  
subjectò affir-  
mat opposi-  
tum terminò  
infinitantem.

Nota 40<sup>o</sup> Propositiones quarum una affirmat de aliquò subjectò terminum infinitantem, altera de eodem subjectò affirmat terminum finitum oppositum infinitanti. Quales sunt hæc propositiones *Petrus est non lapis, Petrus est lapis*, non esse proprie Contradictorias Etiam si non possint ambæ simul esse veræ. Quia tales Propositiones sunt ambæ affirmativæ, licet una illarum sit simul partim affirmativa, partim Negativa, Inferunt tamen hæc ipsæ propositiones Contradictorias quatenus propositio de termino infinitante infert Propositionem Negativam hæc: *Ergo Petrus non est lapis.* quæ est Contradictoria alterius propositionis nimirum hujus affirmativæ: *Petrus est lapis.*

43.  
Quid terminus  
1<sup>æ</sup> Intentionis.  
Quid terminus  
2<sup>dæ</sup> Intentionis?

Dividitur 1<sup>mo</sup> Terminus in terminum 1<sup>æ</sup> Intentionis & in terminum 2<sup>dæ</sup> Intentionis. Terminus 1<sup>æ</sup> Intentionis, est qui significat rem secundum se, & pro statu reali spectatam, prout nimirum res habet suum esse independentem ab actu & operatione Intellectûs. Tales termini sunt *Petrus, Paulus, homo, Leo &c.* Terminus 2<sup>dæ</sup> Intentionis est ille, qui significat rem prout substantem operationi Intellectûs, ab eaque tanquam à forma denominatam. Tales termini sunt *Cognitum, subjectum, predicatum &c.* Omnia Concreta Logica.

44.  
Intentio si  
gnificat actum  
Intellectûs.

Nota. Nomen Intentionis hoc locò non ita accipi, ut significet actum Voluntatis, quò hæc tendit in aliquem finem, sed potius ita accipitur, ut significet actum, & Operationem Intellectûs, vel ordinem ac respectum ad talem operationem.

Quomodo

Terminus 1<sup>æ</sup>  
& 2<sup>dæ</sup>  
Intentionis  
quare sic dicti?

Nota præterea terminum quo significatur Concretum Logicum, ex Objectò & operatione Intellectûs tanquam forma denominante constitutum, ex eo dici terminum 2<sup>dæ</sup> intentionis, Quia in tali termino duo interveniunt Actus Intellectûs, adeoque duæ Intentiones, unâ præsuppositivè, quæ Objectum denominat & tanquam forma denominans constituit, Altera quæ reflexè tendit in Objectum taliter denominatum illudque significat. In quâ Intentione 2<sup>dæ</sup> constituit formaliter terminus qui



qui dicitur terminus 2dæ Intentionis. Terminus verò qui tendit in objectum secundum se, illudque significat, est terminus 1mæ Intentionis quia ex parte Objecti non supponit aliam Intentionem seu alium actum Intellectus. Dicitur etiam potest has denominationes. Quòd res à parte rei spectata ante operationem Intellectus quæ circa illam haberi potest est in actu 1mò Intentionis, seu est in potentia ad cognosci. Dum autem substat Cognitioni, & ab illa tanquam à formâ denominatur est in actu 2dò Intentionis hoc est, actu Intelligitur & cognoscitur. Ideoque ille terminus (quod maximè verum est de terminis objectivis) est terminus 1mæ Intentionis. Alter vero hic, est terminus 2dæ Intentionis.

### PUNCTUM III.

#### De reliquis terminis speciebus.

**D**ividitur 1omò. Terminus in Communem & singularem. Terminus Communis est, qui pluribus convenit, & de pluribus dici, & prædicari potest. Ut *Homo, Animal &c.* Terminus singularis est, qui uni tantum Individuo convenit, de eòque non nisi dici, & prædicari potest, ut *Petrus, Paulus, hic Homo &c.*

45  
Quid terminus Communis Quid singularis?

Communis terminus subdividitur in Collectivum, distributivum, disjunctivum, & indefinitum.

46.

Collectivus Terminus est qui Convenit pluribus simul & indivisum sumptis. Tales termini sunt, *Multitudo: Exercitus, Numerus.* Item nomina plurali Numero expressa, Ut *Apostoli, Homines, Milites* &c. qui termini pluribus conveniunt, pluraque simul & indivisim significant.

quid Collectivus

Terminus Communis Distributivus est, qui convenit pluribus sigillatim & seorsim sumptis sub Conjunctione Copulativâ, hoc est, & illi, & alteri &c. habetque præfixum syncategorema Universale, ut *Omnis homo, Nullus lapis.* &c. Terminus Communis disjunctivus (qui etiam particularis dicitur) est ille, qui pluribus seorsim

Quid distributivus?

Quid disjunctivus

quid indefinitus?

orsim sub disjunctione sumptis Convenit, hoc est uni alicui ex pluribus, habetque syncategorema particulare præfixum, *Aliquis, quidam.* Tales termini sunt: *Aliquis Philosophus, quidam homo &c.* Terminus Communis indefinitus est, qui cum non habeat syncategorema ullum præfixum nec Universale nec particulare, ita Convenit pluribus seorsim sumptis, ut pro diversitate & exigentia Materie illa plura aliquando significet distributive, aliquando disjunctive, debetque proinde subintelligi syncategorema vel universale vel particulare, ut sit in his propositionibus, *Homo est Animal Rationale, Homo currit.* In quarum una Terminus indefinitus *Homo* communiter & ordinariè accipitur distributive subintelligiturque Syncategorema Universale, *Omnis* ita ut propositio illa, æquivaleret huic *Omni Homo est Animal Rationale.* In 2da propositione, ut hæc sit vera, terminus indefinitus *Homo* debet accipi disjunctive, debetque illa propositio sic intelligi. *Aliquis homo currit.*

47.  
Terminus  
Comunis de-  
bet significare  
plura et qualia  
Terminus  
DEUS Verus  
non est termi-  
nus Communis

Circâ hanc Divisionem Notô imo terminus sit Communis præsertim Distributivus & Universalis, requiri, ut plura sint, quæ Terminô Communi significantur, iisque secundum rationem terminô illô communi significatam Multiplicatis, idem terminus Conveniat. Hinc Terminus *DEUS* Verus non est Terminus Universalis. Quia non convenit pluribus secundum rationem tali Terminô significatam Multiplicatis. Hoc enim Terminô ratio significata est Deitas seu essentia & Natura Divina, quæ non Multiplicatur nec est Multiplex etiam si Multiplicentur Personæ Divinæ quibus *Deitas* per Identitatem Communicatur. Econtra *Persona Divina* est Terminus Communis & Universalis, Quia convenit pluribus quoad rationem hoc terminô significatâ multiplicatis nimirum convenit *Persona P. Perso. Filij Persona Spiritus S.* quæ in ratione *P.* sunt plures & multiplicatæ

48.

Notô 2do Terminum Communem non debere convenire pluribus actu existentibus, sed sufficit, quôd conveniat pluribus sive actu existant, sive sint possibilja, sive unum existat

stat vel aliqua & alia sint possibilis. Et sic hic terminus *Sol* est Terminus Communis, licet enim unus tantum sit *Sol* existens, ultra hunc tamen plures sunt possibilis, quibus Ratio solis Convenire potest.

Terminus Communis indefinitus subdividitur imò In Nontranscendentem, in Transcendentem, & supertranscendentem. Terminus Communis non Transcendens est: qui licet multis rebus singillatim sumptis, possit convenire non tamen omnibus. Tales termini sunt *Homo, Leo Animal &c.*

Terminus transcendens est qui Convenit omnibus rebus seu Entibus realis tam existentibus, quàm possibilibus singillatim sumptis, & vagetur per Omnia Genera & species, Tale termini numerantur sex. *Res Ens, unum, bonum, aliquid verum.* Termini hi denotantur dictione *REUBAUI* factà ex literis initialibus dictorum sex terminorum

Terminus supertranscendens est, qui potest dici, & prædicari non solum de rebus, de quibus prædicantur termini Transcendentes, sed etiam de Negationibus, Entibus Rationis & Impossibilibus, Tales Termini sunt, *Cognoscibile, Intelligibile &c.*

Subdividitur 2do Terminus Communis indefinitus In Univocum, Analogum, & Equivocum. Terminus Univocus ab Aristotele sic definitur: Est ille cuius Nomen est Commune pluribus, & Ratio substantiæ (hoc est essentiæ) per nomen significata, omnino eadem, seu similis. Tales termini sunt *Homo Animal &c.* Nomen enim *Hominis* v.g. est Commune pluribus nimirum, *Petro, Paulo, Joanni: &c.* Et ratio essentiæ per hoc nomen significata, est Omnino eadem seu similis. Analogus terminus secundum Aristotelem est ille, cuius nomen est Commune & Ratio substantiæ seu essentiæ per nomen significata, est partim eadem, partim diversa, Pro Exemplo Analogi adduci solet *Ly Sanum* hoc enim exprimitur Nomine Communi pluribus, nimirum Communi *Arteria, Medicina, & homini.* Ratio verò essentiæ hoc nomine significata, partim est eadem, partim diversa. Est eadem

Plura quæ terminus Communis significat debent esse saltem possibilis.

49.  
Quid terminus non transcendens?  
Quid transcendens?  
Quid supertranscendens?

30.

Terminus Univocus.

Analogus

eadem, Quia hoc Nomine *Sanitas Corporis* vera, & realis significatur. Est diversa Quia, significatur diversimodè inesse his quibus Convenit. In *homine* intelligitur esse tanquam in subjecto capaci denominationis *Sani à Sanitate* tanquam à forma. In *Arteria* intelligitur *Sanita* esse, tanquam in signo & Judicio *Sanitatis*. In *Medicina* tanquam in *Causa Sanitatis*. Hæc quibus Convenit terminus Analogus, Analogata dicuntur. Inter quæ principale Analogatum est, cui terminus Analogus maxime propriè Convenit. Ut respectu *Sani* principale Analogatum est *Homo*, huic enim Ratio *Sani* Maxime propriè Convenit. Tale Analogatum communiter intelligitur, seu significatur per terminum Analogum simpliciter prolatum. Juxta illud Axioma Philosophorum: *Analogum stat pro principali Analogato*. Equivocus terminus est Cujus Nomen est Commune pluribus, & ratio essentiae per nomen illud significata est omnino diversa. Talis terminus est v.g. *Canis* prout convenit *Canis terrestri*, *Canis Mariano*, & *Constellationi caelesti*, hoc nomine ductæ. Nomen enim *Canis* est his omnibus commune, Ratio verò substantiæ seu essentiae hoc nomine significata, in his tribus est omninò diversa, hoc est dissimilis.

Subdividitur 3<sup>to</sup> Terminus Communis isque Univocus in quinque terminos Prædicabiles, seu in 5 prædicabilia, nimirum in Genus, Differentiam, Speciem, proprium, & Accidens. Genus est quod prædicatur per Modum partis Materialis essentiae de pluribus sive notabiliter sive non notabiliter diversis. Tale genus est v.g. *Ly Animal* hoc enim prædicatur per modum partis Materialis essentiae de pluribus & notabiliter diversis, quomodo differunt *Bos*, *Equus*, *Homo* &c. & de diversis non notabiliter quomodo diversa sunt. *Petrus*, *Paulus*, *Joannes* &c. Differentia est prædicabile, quod prædicatur per modum partis formalis essentiae de pluribus inter se diversis, Talia prædicata sunt *Sensitivum* *Rationale* &c. Si differentia prædicatur de pluribus etiam notabiliter diversis, dicitur differentia subalter-

na,

na, hoc est habens sub se differentias inferiores. Si prædicatur de pluribus tantum non notabiliter diversis, dicitur differentia infima. Species est prædicabile, quod per modum totius essentia constituta parte Materiali & parte formali seu genere & differentia, prædicatur de pluribus inter se diversis. Quæ si fuerint Notabiliter diversa, species de illis prædicabilis, erit species subalterna quodsi fuerint solum diversa non notabiliter, dicitur species infima. Tales termini sunt *Animal, & Hom.* Prior terminus est species subalterna, ædus est species infima. Proprium est prædicabile quod per modum alicujus necessario Consequentis essentiam adæquatam rei, prædicatur de pluribus aliquomodo diversis. Talia prædicabilia sunt *Admirabile, Risibile &c.* quæ concipiuntur necessario consequi essentiam adæquatam Metaphysicam *Hominis* constitutam per genus & differentiam, nimirum per esse *Animalis, Rationalis*, possuntque prædicari de pluribus. Nimirum de *Petro, Paulo, Ioanne &c.* Accidens est quod prædicatur per Modum alicujus contingenter, & Non necessario Advenientis ipsi Essentia Rei. Talia prædicabilia sunt, *Album Nigrum &c.* Hæc tamen prædicata sunt accidentalia Physica. Præter quæ existimant Philosophi dari Accidens Metaphysicum. Pro cuius exemplo assignari potest *Existencia exercita Rei*. Assignari etiam potest ultima Individualis differentia Rei, ut *Perrentas Paulinas &c.* Quæ tamen de uno non nisi prædicantur, non de pluribus.

Quæres Quid sit aliquod prædicatum prædicari per Modum partis Materialis essentia, Quid sit item prædicari per Modum partis formalis: quid per modum totius essentia.

Respondeo Essentiam Metaphysicam unius cujusque rei ex modo nostro concipiendi Confirm, & componi ex duobus prædicatis ejusdem Rei, tanquam partibus Metaphysicis, quæ prædicata sunt ratione nostra priora alijs prædicatis Rei. Unum illorum est, & debet esse Universalis & latius patens, quod pluribus idque notabiliter diversis conveniat, Alterum

est

Quid species?

Quid Proprium?

Quid Accidens?

52.

Quare genus dicitur prædicari per modum partis Materialis?

est Minus Universale & minus latè patens, prædicaturque de pluribus, sed non ita notabiliter diversis, ac prius, hoc est, prædicatur de solis, illis, quæ Essentiam talem Metaphysicam ex his duobus prædicatis constitutam participant. Ex his ergo duobus prædicatis illud quod est Universalius, dicitur se habere per Modum partis Materialis, idque ideo: quia hoc tua Universalitate, ratione cujus potest Convenire pluribus notabiliter diversis, suâ itè indifferentiâ ad Contrahi per varias differentias, tam per hanc, per jam illam, ut constituat diversas species, videtur imitari Universalitatem, & indifferentiam illius partis in Composito Physico, quæ est Materia, & pars Materialis dicitur. Hæc enim in pluribus Compositis Physicis invenitur, estque pluribus Communis, quàm forma, adeoque quodammodò universalior, simulque est indifferens, ut per hanc vel aliam formam determinetur ad constituendum tale potius compositum Physicum, quàm aliud. Prædicatum verò ex duobus iisdem prædicatis Essentiam Metaphysicam rei Constituentibus, quod est minus Universale, dicitur habere se per Modum partis formalis, ex eo, quòd Contrahat prædicatum universalius, & determinet ad Constituendum tale in specie Compositum Metaphysicum, sicut in Composito physico illà pars substantialis est forma, & habet rationem partis formalis, quæ partem aliam universaliozem, & indifferentem, nimirum Materiam contrahit ad Constituendum hoc in specie Compositum Physicum. Et sic ex. gr. Tota Essentia Metaphysica *Homini* constituitur prædicatis: *Animal*, & *rationale* tanquam partibus Metaphysicis, quæ inter alia prædicata *Homini*, sunt priora & simul idonea, ut talem Essentiam constituent. Ex his verò duobus prædicatis Prædicatum *Animalis* est tale, quod & propter suam Universalitatem, ratione cujus convenit pluribus etiam notabiliter diversis nimirum *Homini Equo bovi &c.* Et propter indifferentiam ex vi Cujus ex Modo nostro Concipiendi est indifferens ad constituendum compositum Metaphysicum vel *Homini* vel *bruti* ad  
 Contrâ-

differentia cur  
 prædicatur per  
 modum par-  
 tis formalis?

contrahi item jam per hanc jam per illam differentiam, habet se per modum partis Materialis. Prædicatum verò *Rationale* ex eo quòd minùs latè pateat, contrahatq; alterum prædicatum, nimirum *Animal*, ac illud determinet ad constituendum hoc in specie Compositum Physicum quod *est homo*, habet se per modum partis formalis.

53.

Subdividitur 410 Terminus Communis in decem ter Prædicamenta  
minos prædicamentales, seu in 10 prædicamenta. Scilicet in quot & quæ  
substantiam, Quantitatem, Qualitatem, Relationem, Actionem, sunt?  
Passionem, Ubi, Quando, Situm & Habitum.

*Substantia* est Ens per se stans, hoc est potens sustentare Accidentia, nec est Ordinatum ad aliquid adæquatè à se distinctum prout ordinatur Accidens. quid substantia?

*Quantitas* est forma Accidental, à qua aliquid denominatur quantum, ac ratione cujus Corpus exigit non penetrari cum alio Corpore, insuperq; exigit aliquam determinatam extensionem. quid Quantitas?  
*Qualitas* est forma Accidental, à qua aliquid denominatur tale vel tale. Hujusmodi formæ sunt: quid Qualitas?  
*Calor, frigus, Albedo, dulcedo &c.* Ab his enim Res denominatur talis vel talis. *Cibus* v g. *Calidus, Aqua frigida, Paries albus, Lac dulce &c.* *Relatio* est ordo unius ad aliud, vi cujus unum refertur ad aliud. Talis relatio est ex: gr. *Pater terminas*, ex vi cujus *Pater* refertur ad *Filium*. Quod refertur, dicitur fundamentum relationis; id verò ad quod refertur aliud, est terminus Relationis. Ipsa verò Relatio, si est Accidental & adveniens fundamento secundum se sumpto, dicitur Relatio prædicamentalis; Si autem est fundamento essentialis, dicitur Relatio transcendentalis. Quid Relatio?  
*Actio* est ultima determinatio agentis, ex vi cujus Agens dicitur actu agere ut *cal factio* est ultima determinatio *Ignis* ex vi cujus hic dicitur actu *cal facere*. Quid Actio?  
*Passio* est ultima determinatio subiecti seu passi ex vi cujus subiectum dicitur pati seu recipere effectum agentis v g. est ultima determinatio ex vi cujus *lignum calefit* & recipit *Calorem* productum ab *Ignis*. Quid Passio?  
*Ubi* est


DISPUTATIO I. QUÆSTIO II.

34. **Quid est Quædo?** est Ratio formalis ex vi cuius res habet, quòd sit formaliter in hoc vel illo loco; seu est formalis præsentia rei in loco. *Quando* est ratio formalis, ex vi cuius res habet quòd sit formaliter in hoc determinato tempore; seu est duratio rei ejusdemq; còexistèntia determinato tempori. *Situs* est **Quid Situs?** Certa dispositio & Situatio partium Corporis in loco, ut *Sessio*. *Habitus* est **Quid Habitus?** est denominatio competens alicui corpori & proveniens ab alia re eidem Corpori applicata per modum Indumenti ut *Vestitus armatus* &c.

34. Singuli hi termini dicuntur prædicamenta seu Categoriz, ex eo quòd ab uno quoq; illorum possit deduci series quædam & Coordinatio generum & specierum usq; ad Individua. Unius talis prædicamenti nimirum *Substantie* Schema appono, in quo suo ordine dispositi sunt termini Universales, à substantiæ genere descendentes ad speciem infimam *hominis*, eujusq; Individua *Petrus Paulus Ioanncm*? Schema hoc alio nomine arbor Porphyriana dicitur à Porphyrio qui primus dicitur hanc Coordinationem generum fecisse.

35. Explico Singula quæ in hoc Schemate spectantur. Imò in Medio quasi Arboris trunco, à *Substantia* tantam genere supremo descendunt alia genera vel species, eo ordine, ut supremo generi succedat genus proximè & immediatè inferius, huic aliud itidem proximè inferius & sic deinceps, *Substantia* succedit *Corpus* genus minus universale & proximè inferius. *Corpori* succedit *Vivens*

Series generum descendèntium à prædicamento substantiæ explicatur. Genus, *Corpore* immediatè inferius. *Viventi* succedit *Animali* &c. Qui



Petrus Paulus &c.

Ordo



Ordo ex eo servatur quod Intellectus noster si res ordinate cognoscere velit, debeat à prædicatis universalioribus & magis communibus, procedere ad minus communia, utpote à notioribus ad minus nota. 2dò ad latus utrumq; ponuntur differentie simili ordine, unumquodq; genus dividentes in suas species; unde etiam dicuntur differentie divisivæ. Et sic *Ly Corporea & Incorporea* sunt differentie divisivæ supremi generis quod est *Substantia*, à quo collateraliter descendunt, quatenus *Substantia* alia est *Corporea* alia *Incorporea*. Similiter *animatum & inanimatum* sunt differentie divisivæ *Corporis* & sic de alijs 3tò Cum sit duplex differentie Minus, unum dividere genus, alterum constituere speciem; utrumq; hoc munus exprimitur in uno differentiarum latere. Et sic Differentia, *Corporea* ita dividit genus quod est *Substantia* ut simul Constituat *Corpus* tanquam speciem *Substantia*; *Ly animatum* ita dividit genus quod est *Corpus*, ut simul Constituat speciem *viventis* &c. Utrumq; hoc munus habent & differentie alterius lateris; unum tamen illorum, nimirum quod constituat species non exprimitur in schemate. tum quia satis fuit hoc munus expressisse in uno latere. Tum quia commodè in uno eodemq; schemate non poterant exprimi species constitutæ per differentias alterius lateris, alias species constitutæ per differentias unius lateris deberent permisceri constitutis speciebus per differentias alterius lateris quod non fieret commodè.

Ex dictis hic & ex inspecto schemate facile inferes prædicata illa *Corporis viventis Animalis* ita esse genera ut si 56. Aliqua prædicata sunt genera & species diverso respectu; sunt genera respectu superiorum inferiorum notabiliter diversorum & quatenus contrahi possunt per differentias minus universales. ut *Corpus* per *Ly Animatum*; *Vivens* per *Ly Sensitivum*; *Animal* per *Ly rationale*. Sunt verò species respectu generis superioris, & quatenus constituuntur genere superiore & differentia talis generis divisivæ tanquam partibus. v.g. *Corpus* est species respectu

respectu *Substantia*. Species inquam constituta eodem prædicato *Substantia* tanquam parte materiali & prædicato *Corporea* quod est differentia divisiva *Substantia* tanquam parte formali. Hujusmodi prædicata, quæ ita sunt uno respectu genus, ut alio respectu sint species, dicuntur species subalternæ. Species enim infima nequit esse alio respectu genus.

37. Dividitur 11mo Terminus in Substantivum. & Adjectivum. Terminus Substantivus est, qui suas partes (subjectum & formam) quibus constat, dicit æqualiter in recto. Talis terminus est *Ly homo* Hic enim ita significat Compositum ex *Corpore* tanquam subjecto & ex *anima* tanquam forma, ut utramq; hanc partem dicat in Recto. Terminus Adjectivus est ille, qui ex his, quæ dicit & quibus constituitur, unum, nimirum subjectum, dicit in Recto, alterum, hoc est, formam, dicit in obliquo & per modum adjacentis. Tales termini sunt *Animarum album dulce &c.*

38. Dividuntur 12mo Termini pluraliter accepti in terminos pertinentes, & in terminos impertinentes. Pertinentes termini dicuntur quorum unus infert alium, vel contradictorium illius. Tales termini sunt. *Ly homo* & *Ly risibilis*, ex quibus 1mus, infert 2dum. rectè enim arguitur: *Petrus est homo*. Ergo *Petrus est risibilis*. Impertinentes termini sunt, qui neq; se inferunt, neq; se excludunt. Tales termini sunt: *Logicus* & *Musicus*, hi enim termini non se inferunt, aliàs *omnis Logicus* deberet esse *Musicus* vel è Contrario. Non etiam se excludunt; Quia aliquis *Logicus* potest esse *Musicus*.

39. Termini pertinentes subdividuntur in terminos pertinentes sequelâ, & in terminos pertinentes repugnantiâ. Pertinentes sequelâ sunt termini secum connexi quorum unus infert alium propter connexionem cum eodem. Tales termini sunt: *Creatura* & *DEUS*. Nam *Creatura* connectitur cum *DEO* & ex *Creatura* existentiâ inferitur existentiâ *DEI*. Termini pertinentes sequelâ sic aliter definiiri possunt. Sunt termini

termini quorum unus sua positione infert positionem alterius.

Termini pertinentes repugnantia, sunt termini secum <sup>pertinentes</sup> oppositi, seq; excludentes, ratione cuius oppositionis unus in- <sup>pugnantiâ?</sup> fert contradictorium seu non esse alterius. Vel sunt illi Termini ex quorum unius positione infertur Negatio alterius, vel ex negatione unius infertur positio alterius. Tales termini sunt: *summe calidum & summe frigidum*. Rectè enim arguitur: *Aqua est summe calida, Ergo eadem non est summe frigida.*

Termini pertinentes sequelâ subdividuntur rursus in terminos pertinentes sequelâ reciproca, qui nimirum se mutuo inferunt, suntq; secum mutuo connexi. ut *Pater & Filius*. Valent enim hæ mutua illationes: *Est Pater Ergo debet habere filium cuius sit Pater. Est Filius Ergo alicujus Patris est filius.*

Quodsi termini mutuo se inferentes fuerint prædicata unius ejusdemq; Entis, dicentur termini Convertibiles. Tales termini sunt: *Ly homo Ly Animal rationale*. Item *Ly homo & risibile*. Et in terminos pertinentes sequelâ non reciproca, hoc est non mutuo connexos, a quorum scilicet uno, licet rectè arguetur ad alium, non tamen è contra.

Tales termini sunt: *Rex Polonia & homo*. Licet enim rectè arguatur: *Est Rex Polonia Ergo est homo*. Non tamen è *Converso* rectè arguitur. *Hic vel ille est homo. Ergo est Rex Polonia.*

Iidem termini, si sint ex prædicatis Rei non mutuo secum connexis, nec mutuo se inferentibus, dicuntur termini non convertibiles. Tales termini sunt: prædicatum universalis & prædicatum minus universale. Licet enim prædicatum minus universale connectatur cum prædicato universaliore cuius est inferius, illudq; inferat, non tamen è contra. Hinc licet bene arguatur: *Est homo Ergo est Animal*, tamen non bene sic arguitur: *Est Animal Ergo est homo.*

Termini pertinentes repugnantia subdividuntur in disparatos & oppositos.

Termini disparati sunt termini significantes

F 1

60.  
Pertinentes  
sequelâ reci-  
proca.

Termini con-  
vertibiles?

Pertinentes  
sequelâ non  
reciproca.

Termini non  
convertibiles.

61.  
Pertinentes re-  
pugnantia di-  
sparati.

cantes res diversas, quarum una non potest esse alia, ut sunt *bos & homo*. si enim unum ex his affirmetur de aliquo sub-  
 jecto, rectè inferitur de eodem subiecto negari aliud. sic v.g.  
**Oppositi.** *Petrus est homo Ergo Petrus non est Bos.* Termini oppo-  
 siti sunt, qui habent aliquam inter se oppositionem ex quatuor  
 vel Contrariè speciebus oppositionis terminorum, nimirum vel oppositio-  
 nem Contrariam, vel Contradictoriam, vel privativam vel  
 relativam. Porro oppositio Contraria est, oppositio dua-  
 rum formarum se ab eodem subiecto excludentium, vel op-  
 positio duarum denominationum, à talibus formis provenien-  
 tium. Talis oppositio est inter *summum calorem & inter*  
*summum frigus*, inter *summe calidum & inter summe frigidum*.  
 vel Contradi- Oppositio Contradictoria est. Oppositio inter esse & non es-  
 toriè. se ejusdem formæ seu rei, vel inter esse alicujus denomina-  
 tionis & inter non esse ejusdem. Talis oppositio est inter *Calorem*  
 vel privativè, & *non esse caloris*, inter *esse calidum*, & *non esse calidum*, Op-  
 positio privativa est illa quæ est inter esse formæ in subiecto  
 capaci & inter negationem talis formæ in subiecto capaci,  
 quæ negatio, privatio dicitur. Item est oppositio inter De-  
 nominationes quarum una à forma, altera à privatione ejus-  
 dem formæ desumeretur. Hujusmodi oppositio est inter  
*lucem & tenebra*, inter *vitam & mortem*. Inter *lucidum & te-  
 nebrosum*. inter *vivens & cadaver*.  
 vel relativè. Oppositio Relativa est  
 Oppositio inter formas & denominationes, quarum una re-  
 spicit aliam, dicitq; ordinem & refertur ad ipsam. Talis  
 oppositio est inter *Causam & effectum*, inter *Patrem & fili-  
 um*, Inter *Magistrum & Discipulum*, quæ eatenus sibi oppo-  
 nuntur, quatenus ex his quæ ita ad se referuntur, unum non  
 potest esse aliud.

62.

Postremò tandem celebris & notissima est divisio ter-  
 mini, in definitione ejusdem insinuata, in prædicatum & sub-  
 jectum. Utrumq; hunc terminum definitum habes superi-  
 us Num. 6. Hic addo Prædicatum alio nomine appellari  
 extremam

Quid est extre-  
 mum majus!

extremum majus, subjectum verò appellari extremum minus. Idq; ex eo; Quia prædicatum in propositione plerumq; est universalius & magis latè patens. Subjectum verò est minus universale. *Plerumq;* inquam. Contingit enim ut subjectum & prædicatum æquè latè pateant, imò absolute fieri potest, ut de subjecto universaliore prædiceretur prædicatum inferius & minus universale. Talis tamen prædicatio, est innaturalis & rariùs usurpata, & nisi subjectum universale restringatur per sinecategorema particulare, est negabilis si dicatur *Animal est homo.*

Quid extremum minus?

Occasione adductarum omnium divisionum termini.

Noto imò unum eundemq; terminum ad plures species diversarum divisionum posse pertinere. Et sic iste terminus *homo* potest esse terminus Mentalis. Est terminus significativus simplex Categorematicus, Concretus, absolutus positivus, finitus, imò intentionis, communis, indefinitus, non transcendens, species ex categoria substantiæ, substantivus, subjectum aut prædicatum.

63.

Idem terminus ad plures termini species pertinet.

Noto 2dò omnes has terminorum species posse sumi vel formaliter, hoc est pro termino formali seu subjectivo qui propriè terminus est. Estq; ipse Actus Intellectus aut vox ei respondens. Vel sumi possunt objectivè, seu pro termino objectivo, qui nihil aliud est nisi objectum expressum & significatum termino formali.

64.

Quid terminus formalis? Quid objectivus?

Duplici hoc modo sumi posse terminum, Est eidem commune cum alijs, de quibus tractat Dialectica. Unde etiam propositio definitio illatio &c. Alia est formalis alia objectiva. Formalis propositio definitio illatio &c. Sunt Actus nostri Intellectus, vel voces his respondentes, enuntiantes definiens, inferentes. Objectiva propositio definitio illatio &c. Sunt objecta formalium propositionum definitionum illationum, quæ per ipsas significantur.

QVA.

## QVÆSTIO III.

### *Quæ sint Proprietates terminorum?*

Postquam per definitionem datam termini, naturam & essentiam ejusdem, per Divisionem verò, species varias termini cognovimus, cognoscendæ restant proprietates & affectiones terminorum. Hæ octo communiter assignantur. suppositio, Ascensus, descensus, Status, ampliatio, restrictio, alienatio, & appellatio; quibus Nonam alij addunt diminutionem. De his præsentî Quæstione agemus triplici puncto Quorum 1mum erit de suppositione. 2dum de Ascensu & descensu, 3tium de reliquis termini proprietatibus.

### PUNCTUM I.

#### *De suppositione terminorum.*

De hac inquiremus 1mò Quid sit? 2dò Quotuplex sit? 3tîò reliqua afferentur quæ circa suppositionem censentur scitu digna.

### QUANTUM Ad 1mum.

65. **S**uppositio à Philosophis, idq; ut illi opinantur, è mente Aristotelis definitur communiter *Esse usus seu acceptio vocis ad significandum aliquid.*

Quid est suppositio?

Explicatur definitio. Dicitur *usus seu acceptio vocis*, per quod significatur definiti potissimum suppositionem termini vocalis. Hic enim cum sit notior quam terminus Mentalis, etiam suppositio termini vocalis facilius nobis innotescere potest quam suppositio termini Mentalis.

Ex Cognita suppositione vocali cognoscitur suppositio mentalis!

Ex Cognita verò suppositione

Suppositione termini Vocalis devenitur deinde in notitiam suppositionis mentalis, Cúm præsertim Conceptus Mentis nostræ pro statu præsentis in quo objecta cognoscimus dependenter à sensibus, ita ut plurimum, à nobis eliciantur & formentur, ut videantur exactè respondere non solum sono Materiali vocum, sed etiam ut similem aliquomodo representationem, & illorum Objectorum expressionem habeant, quam & quorum Objectorum significationem habent, & ad quam assumuntur voces externæ. Quod, ipsum intelligitur ex levi etiam facta reflexione supra Actus mentis nostræ, per quos sive circa res scholasticas speculamur, sive meditamur Divina, sive alia quæcunque cogitamus, ita, ut videatur difficile esse alia ratione à nobis objecta cognosci.

Neque hinc sequitur, quòd Actus intellectus nostri non significant seipsum, sed instrumentaliter. Non sequitur inquam. Quia non sequitur, per aliquod Instrumentum ab actibus intellectus distinctum, verba externa quæ audimus, à nobis intelligi, ruminari, & expendi, illisque intellectus cognosci Objecta, quæ per verba significantur. Sed totum hoc Intellectus præstat per suum Actum.

Dices. S. Augustinus dicit, *nec Latinam, nec Græcam: nec barbaram esse veritatem.* Ergo nec Intellectiones aut verbum mentis est aut Latinum, aut Græcum, aut barbarum. Respondeo veritatem etiam verbis externis significatam, secundum S. Augustinum, non esse Græcam, aut Latinam, aut barbaram hoc sensu: quòd hæc sibi semper constet, sitque eadem in omni lingua, nec ulli determinato idiomati alligata. Eodem sensu dicitur verbum mentis, & Actum Intellectus formari posse ex audita & intellecta quacunque lingua, nec ulli determinatæ linguæ id peculiare & proprium esse.

Eadem suppositionis definitio, non incongruè etiam suppositioni termini mentalis accomodari potest, si per vocem non intelligatur præcisè sonus externus & Materialis, sensu externo auditus perceptibilis. Sed intelligatur Universaliter

Ex cognita  
suppositione  
vocali cognoscitur  
suppositio  
Mentalis

Actus Intellectus  
significat  
seipsum

Veritas non  
est alligata ulli  
idiomati

Datur definitio  
quæ etiam  
suppositioni  
Mentali con-  
veniat.

cam vox Materialis externa, quam vox spiritualis interna, & verbum Mentis, per quod Intellectus sibi ipsi, vel etiam alteri loquitur.

Vox interna  
& verbum  
Mentis ab Intellectu  
distinctum  
datur

Sed forte Negabis dari vocem spiritualem, Internam & verbum Mentis? Ad hoc Respondeo: Verbum Mentis distinctum ab Intellectione negant Multi & bene. Indistinctum (quale non nisi admitto) negare, non est satis conforme Scripturæ expresse dicenti: Dixit insipiens in Corde suo, En dictio in Corde admitrenda est, quæ ipsa est Verbum Mentis. Non est etiam id conforme communi sensui fidelium, qui per Sanctas Meditationes & quascunque orationes Mentales existimant se cum DEO loqui, & per interna Mentis suspiria ad DEUM clamare &c.

Propter eximendum omnem scrupulum Universalis definitur suppositio, ita ut definitio etiam Mentali suppositioni conveniat per hoc. Quod sit usus & assumptio termini ad exprimendum, & significandum aliquid.

Non solum vocalis sed etiam  
Mentalis suppositio  
admitti  
debet

Nec valet, si dicas frustra laborari in assignanda definitione Suppositionis, quæ etiam suppositioni Mentali conveniat, cum non videatur dari suppositio terminorum Mentalium, sed hæc sit propria terminorum vocalium. Non valet inquam: si enim dantur discursus & Syllogismi mentales, illique legitimi, ut negari non potest, in illis termini communes habent suppositionem modò Universalem, modò particularem. Ergo datur suppositio Mentalis.

Syllogismi etiam Sophistici possunt esse Mentales, cum hi ex suggestionem Dæmonis in Mente formari possint, qui tamen per hoc plerumque fallaces sunt, quòd suppositionem variant, quæ sine vitio syllogismi variari non potest. Multæ etiam propositiones non solum Vocales, sed & Mentales supposito niti falso, & laborare possunt, quæ omnia probant dari suppositionem Mentalem.

Dicitur ad significandum aliquid, hoc est ad significandum rem quampiam seu objectum, idque sive illud sit distinctum



Etiam, siue indistinctum à voce vel termino. Vox enim una potest significare jam seipsam, jam alia à se distincta Et ex distinctis à se, potest significare modò hoc, modò illud objectum. Cum voces non sint ita institutæ, ut omnino sint alligatæ ad unam significationem, sed assumi possint ad diversa placito utentium vocibus significanda.

Et sic hæc vox *homo*, potest significare jam seipsam ut, cum dico: *Homo est vox dissyllaba*: iam rem distinctam à voce, scilicet *hominem realem*, ut cum dico *homo currit*. Item potest significare vel hominem verum & propriè talem, vel impropriè talem. Præterea vel hominem singularem, vel hominem distributivè, aut disjunctivè sumptum, tandem vel hominem secundum se prout est à parte rei, vel hominem, ut substantem nostris Conceptibus. Omnes enim has significationes, hæc una vox *Homo* habere potest, potestque jam ad hæc jam ad illa significanda assumi, adeoque in diversa suppositione accipi.

Adverto Usus & acceptionem vocis, seu termini ad significandum aliquid, posse accipi vel passivè vel activè. Suppositio est usus vocis passivè non activè acceptus Usus hic accipitur passivè, dum ex vi illius vox vel terminus assumitur ad significandum formaliter aliquid. Activè accipitur, dum accipitur pro usu assumente, & instituyente: ut terminus aliquis hanc, vel illam rem significet. Porro in definitione suppositionis, usus accipitur passivè non activè. Unde habetur, quod definitio suppositionis non conveniat placito imponenti significationes vocibus. Placitum enim hoc, est usus activè, non passivè sumptus.

## QUANTUM Ad 2dum.

**R**espondeo suppositionem aliam esse Materialem, aliam Formalem. Suppositio Materialis est Acceptio termini vocalis, seu vocis, pro seipsa seu ad significandam illam ipsam vocem. In tali suppositione accipitur terminus *Ho-*

67.  
Suppositio alia est Materialis

mo in illa propositione: *Homo est vox dissyllaba* In tali item suppositione accipiuntur voces à Grammaticis, Poetis, & Rhetoribus Hi enim in vocibus, possimùm considerant illarum Constructionem, Quantitatem, Numerum, Ornatum, Tropos, Figuras &c de vocibus tractando tanquam de suo objecto.

**Alia formalis** Suppositio formalis est usus, & acceptio vocis pro re ad quam significandam ex placito DEI vel hominum est instituta. In tali suppositione accipitur *Ly Homo*, dum dico: *Homo est Animal.* *Homini* enim verò, non voci convenit esse *Animal.*

68. **Alia propria** Suppositio formalis dividitur in Propriam & impropriam. Propria suppositio, est acceptio termini pro re, quam propriè significat, hoc est: ad quam significandam primò & principaliter ex placito DEI, vel hominum assumptus est. Ut cum dicitur: *Homo r det.* *Ly ridet.* accipitur in propria significatione & suppositione, accipitur enim pro *rifu Homini*, ad quem significandum hæc vox *ridet* primò & principaliter est instituta.

**Alia impropria** Suppositio impropria est acceptio termini, seu vocis pro re quam impropriè, & per Metaphoram nonnisi significat, ut cum dicitur *pratum ridet.* *Ly r det.* accipitur impropriè, nimirum accipitur pro *amenitate prati*, quam impropriè nonnisi & per Metaphoram vox *ride* significat.

69. **Alia suppositio simplex** Suppositio formalis propria dividitur ulterius, in Simplicem & Personalem. Suppositio simplex est acceptio vocis in ordine ad significandam rem prout substat nostris Conceptibus: seu rem denominatam ab actu Intellectûs. In tali suppositione accipitur *Ly Animal* dum dico: *Animal est Genus.* Ratio enim *generis* non convenit *Animali* ( ut plerique docent ) nisi prout substat nostris conceptibus, hoc est quatenus plures diversæ species Animalis concipiuntur per ordinem ad sola Connotata sensationum communia pluribus speciebus, adeoque pluribus notabiliter diversis. In hac item suppositione accipiuntur omnia Concreta Logica.

**Alia Personalis** Suppositio Personalis est acceptio, & assumptio termini ad significandam rem secundum se, & prout est à parte rei, inde-

independenter ab eo, quod substat nostris conceptibus. In tali suppositione accipitur Ly *Petrus*: dum dico, *Petrum currit* per hunc enim terminum *Petrus* significatur homo verus, qui est *Petrus* sumptus secundum se, & prout est à parte rei, independenter ab eo, quod substat nostris conceptibus.

Note hic *1<sup>mo</sup>*: Etiam terminum vocalem in suppositione Personali acceptum substitui pro conceptu, aliter tamen & pro alio Conceptu substituitur, quam substituat terminus acceptus in suppositione simplici.

Terminus vocalis acceptus in suppositione personali substituitur pro Conceptu, quatenus loco conceptus assumitur & ponitur, ita ut id non nisi præcisè formaliter significet, quod representat Conceptus, loco cuius ponitur. Et quia

Conceptus non representat reflexè alium Conceptum, ideo etiam terminus vocalis in suppositione personali acceptus, non significat alium diversum conceptum.

*Præterea* idem terminus substituitur pro uno tantum Conceptu, pro illo scilicet, qui tendit in rem secundum se, & prout est à parte rei, spectatam; tandem ita substituitur, ut conceptum eundem naturaliter significet, non verò ex placito imponente tali voci significationem conceptus.

Terminus verò vocalis acceptus in suppositione simplici substituitur pro duobus conceptibus: pro uno, quem naturaliter terminus vocalis significat, pro altero, quem significat ex placito & institutione talis vocis. Posterior hic conceptus est directus circa objectum, quod denominat: Prior est reflexus, supra illum directum, & per ipsum cognoscitur totum Concretum Logicum, factum ex objecto & Conceptu directo, tanquam formam denominante. Idemque concretum significatur per terminum Vocalem in suppositione simplici acceptum.

Note *2<sup>do</sup>*: ut terminus accipiatur in suppositione simplici, necessarium esse, ut significet non quomocunque hæc

*Rem* & Conceptum de re. Sed requiri, ut significet rem prout substantem Conceptui, ab eoque denominatam

*70.*  
Vocalis terminus in suppositione personali acceptus substituitur pro Conceptu & pro quali?

Pro quali item substituitur terminus vocalis in suppositione simplici acceptus?

*71.*  
Significat Rem prout substantem Conceptui

denominatione Logica. Quod si significet præcise conceptum secundum se, absque eo quod significetur res substatæ Conceptui, & ab illo denominari, ut cum dico: *Conceptus Mentis est actus vitalis*. Si item significet rem & Conceptum duo hæc, secundum se absque eo, quod res intelligatur substatæ conceptui, & ab illo denominari, ut cum dico: *Res & conceptus Rei sunt duo Entia Opposita Nihilo & Chimæra*. Subiectum hujus propositionis, quod est *Res & Conceptus rei* non accipitur in suppositione simplici, sed personali.

Addo, & illud adhuc requiri, ut terminus in suppositione simplici accipiatur, ut non quamcunque rem denominatam à Conceptu significet, sed ut significet rem quæ sit Objectum talis conceptus. Hinc terminus *homo cognoscens* non est terminus acceptus in suppositione simplici. Non objectum enim cognitionis, sed principium à cognitione tanquam suo effectu denominatum significat.

72. *Suppositio personalis quæ sic dicitur?* Noto 3tio Terminum accipi in suppositione Personali non esse idem, quod terminum substitui pro re tali, cui veniat ratio Personæ, illamque significare, quales res sunt solæ substantiæ Intellectuales. Sed terminum accipi in suppositione Personali, est per terminum significari rem secundum se, & non prout substantem nostro conceptui, qualiscunque demum res illa in se sit, sive Intellectualis, sive non, sive animata, sive non animata, sive substantia, sive accidens. Unde suppositio personalis non denominatur à Persona propria tali, sed potius ab existendo per se seu in se Physicè independenter ab actu Intellectus, cui tanquam suum objectum substat, & à quo tanquam à forma denominetur.

73. *Quid suppositio Communis, Quid singularis?* Suppositio Formalis personalis dividitur in Communem & Singularem. Communis suppositio est, quando terminus supponitur pro pluribus & plura significat. Singularis suppositio est quando terminus significat rem individuam & singularem. In tali suppositione venit *Ly Petrus*, prout significat unum determinatum hominis individuam.

Suppo-

Suppositio Communis dividitur in Collectivam, Distributivam, & Disjunctivam. Suppositio Collectiva est acceptio termini Communis per ordinem ad significanda plura simul & indivisim. In tali suppositione accipitur terminus *quatuor*. Dum dico *bis duo sunt quatuor*. Terminus item *Apostoli* dum dicitur *omnes Apostoli sunt duodecem*.

74.  
Quid suppositio  
Collectiva

Suppositio distributiva (quæ etiam universalis, dicitur) est acceptio termini Communis per ordinem ad significanda plura sigillatim & divisim, ita ut hæc plura significet sub aliqua particula Copulativa, quales particulae sunt *et*, *atque* *neque*. In tali suppositione accipitur terminus *homo* dum dico *Omnis homo est Animal*. Significat enim *Ly homo*

Quid distributiva seu Universalis?

Omnes sigillatim homines sub conjunctione Copulativa *et* ut sensus sit, *et Petrus est Animal, et Paulus est Animal, et Joannes est Animal*, & sic de cæteris. Hæc ipsa suppositio alia est absoluta & completa quæ tunc est quando terminus communis, ita significat plura sub aliquo genere vel specie contenta, ut omnibus, & singulis tali termino significatis, nullo excepto conveniat. Talem suppositionem habet *Ly homo* in adducta propositione *Homo est Animal*. Alia

Hæc alia est absoluta & Completa.

suppositio Distributiva est incompleta & accomoda, quæ significat plura divisim aliquo termino communi significata, cum aliqua tamen exceptione. Quæ ipsa duplici Ratione fieri potest, vel sic: ut termino Communi generico significantur omnes species sub tali termino contentæ, non tamen omnia Individua specierum. Ut cum dicitur *Omne Animal fuit in arca Noë*. *Ly Animal* in tali suppositione accomoda accipitur, ut significet omnes species *Animalis* non verò omnia Individua specierum, sitque sensus: *Ex Omnibus, et singulis speciebus Animalis aliqua Individua fuisse in arca Noë*. Potest deinde exceptio per suppositionem accomodam taliter fieri, ut per terminum communem specificum significantur Omnia & singula individua termino illo communi expressa uno, & altero Individuo excepto. In tali suppositione accipitur terminus communis *Omnis homo*. In illa Propositione *Omnis homo ab A-*

alia Incompleta & accomoda

*dam per propagationem descendens, in Adam peccavit.* In illa item: *Omnis homo est Mendax*, Ly enim *omnis homo*, ita supponit pro omnibus & singulis individuis hominis, ut patiat exceptionem nec significet *Christum & Beatissimam*.

quid suppositio  
disiunctiva seu  
particularis

Suppositio disiunctiva quæ etiam particularis dicitur, est illa, in qua terminus Communis plura singillatim significat sub disiunctione. Talem suppositionem habent termini Communes, qui habent præfixum syncategorema particulare *Aliquis* sive expressè positum, sive tacite subintellectum, quomodo subintelligitur in hac propositione *Homo currit*. Hi termini habent suppositionem disiunctivam. Significant enim Omnes sub disiunctione homines; hoc modo, *vel Petrus vel Paulus, vel Joannes*, & sic alios omnes sub disiunctione enumerando

Hæc alia est  
determinata

*Currit*. Hæc ipsa suppositio dividitur in suppositionem Determinatam, & in suppositionem Indeterminatam, seu confusam. Suppositio disiunctiva determinata termini Communis est illa, ratione cuius, ita plura sub disiunctione significantur, ut ex parte Objecti, seu rei significatæ, uni determinato Individuo conveniat, per illudque verificetur propositio, in qua terminus Communis talem suppositionem habet. Talis suppositio Termini Communis est in hac propositione: *Aliquis homo currit*. Ita enim significat plures sub disiunctione homines, ut ex parte objecti & ex parte rei sit determinatus *unus* saltem *homo* qui defacto *currit*.

alia indeterminata

Suppositio indeterminata & confusa est, quando terminus Communis ita accipitur, pluribusque sub disiunctione convenit ut per nullum determinatum ex illis pluribus verificetur, ita ut attentâ Naturâ Rei per terminum Communem significatæ nec Deus ipse demonstrare possit, cui conveniat, & per quid verificari debeat. In tali suppositione accipitur *Ly aliquis calamus*, in hac propositione *aliquis Calamus* est necessarius ad scribendum. Ita enim vagè, & indeterminatè accipitur pro uno ex possibilibus Calamis, ut attentâ singulorum aptitudine priori ad decretum Divinum per quod unus determinaretur;

Nec

Nec DEUS ipse videat hunc determinatè, & non alium Calamnum ex omnibus esse Necessarium ad scribendum. Circa hanc suppositionis disjunctivæ divisionem.

Nota 1<sup>mo</sup> Utramque hanc suppositionem, ex modo significandi, & subjectivè, esse indeterminatam, Vagam, & confusam. Siquidem etiam per suppositionem disjunctivam, quæ determinata dicitur, ita terminus Communis accipitur pro pluribus disjunctivè, ut ex vitaliter accepti termini, non possit discerni illud inferius, vel individuum unum ex pluribus, cui defacto convenit, & per quod verificatur propositio habens terminum Communem in tali suppositione acceptum; licet à parte rei, & ex parte Objecti detur tale determinatum Individuum.

Hæc tamen suppositio ex Modo significandi ita indeterminata, dicitur simpliciter suppositio determinata, ex eo, quod sit determinata ex parte ipsius objecti; idque sic appellatur propter disjunctionem à suppositione illa particulari, quæ simpliciter, indeterminata dicitur, estque indeterminata; tam ex Modo significandi, quam ex parte rei significatæ

Quævis suppositio disjunctiva est indeterminata ex Modo significandi

Quæ est indeterminata ex parte Objecti, dicitur simpliciter indeterminata.

Nota 2<sup>do</sup> In propositionibus in quibus prædicatum, vel subjectum sumitur in suppositione disjunctiva, termino taliter accepto respondere duplex Objectum. Unum terminativum, leu significationis, alterum Verificativum. Objectum terminativum est omne illud objectum quod attingitur, vel significatur, sub disjunctione per terminum communem. Objectum verificativum est, Ratione cujus propositio habens terminum Communem disjunctivè determinatè supponentem, est vera. Et sic v.g. termini Communis *Aliquis homo* disjunctivè supponentis, in hac propositione *Aliquis homo Currit*. Objectum terminativum sunt omnes *homines* sub disjunctione tacti, & significati. Objectum autem verificativum est ille ex pluribus unus determinatus *homo*, qui defacto *currit*. Ex eo enim quod à parte rei detur talis *homo*, qui defacto

76.

Disjunctivæ propositionis duplex est Objectum Unum terminativum alterum verificativum.

*currit*, dicta propositio est vera. Termini etiam Communi in propositione vera, habentis suppositionem indeterminatam, duplex est objectum. Unum terminativum, quod sub disjunctione significatur termino Communi. Alterum verificativum, quale objectum, respectu propositionis pro exemplo supra adductæ, est iterum unus, quisque *Calamus* ex Omnibus idoneis ad scribendum, ita ut inter hos ipsos non sit ostendibilis determinatus, qui potius quam alius sit Necessarius ad scribendum, Propositionis enim indeterminatæ ex parte objecti, Objectum verificativum debet esse indeterminatum.

## QUANTUM Ad 3<sup>ium</sup>.

**A**liqua Quæsitæ Circa suppositiones terminorum expediuntur  
 Quæritur 1<sup>mo</sup>. Unde nam sit dignoscendum, in quali suppositione terminus quispiam alicujus propositionis accipitur?

77. Respondeo, Universaliter in qua suppositione, accipiat  
 Unde Cognoscat debet in qua Suppositione aliquis terminus accipitur?  
 tur prædicatum propositionis, dijudicandum esse ex subiecto ejusdem, in qua verò accipiat subiectum, dijudicandum ex prædicato. Scilicet in ea suppositione prædicatum propositionis (regulariter loquendo) accipitur, in qua acceptum potest Convenire subiecto, de eoque verè prædicari. Subiectum verò propositionis in ea suppositione [loquendo iterum regulariter] accipitur, in qua sumptum potest prædicatum de se verificare. Addidi *regulariter loquendo*. Quia loquendo absolutè potest quis in tali suppositione subiectum ac prædicatum accipere in qua, accepta hæc sibi repugnant, nec possunt de se verificari, id ipsum sciente, qui hoc modo propositionem profert.

78. Data Doctrina potest exemplis declarari in Omnibus  
 Suppositionum speciebus. Et sic 1<sup>mo</sup>, in hac Propositione:  
 Data Doctrina Exemplis declaratur. *Petrus est vox dissyllaba*, quod *Ly Petrus* accipiat in suppositione



sitione Materiali, intelligitur id ex prædicato *vox dissyllaba* quod prædicatum non Convenit *Petro*, nisi acceptò hoc terminò in suppositione Materiali.

2do in hac propositione, *pratum ridet*, quòd *Ly ridet* accipiatur in suppositione formali improprià, colligitur ex subjecto *pratum*, cui non nisi impropriè *risus* convenit. 3tio In hac propositione *Animal est genus*, quòd subjectum *Animal* accipiatur in suppositione simplici, innotescit ex prædicato *genus*, quod non convenit *Animali*, nisi in suppositione simplici accepto.

4to in hac propositione *Petrus est homo*, quòd prædicatum Commune *homo* accipiatur in suppositione particulari determinata, Colligitur ex subjecto *Petrus*, de quo prædicatum Commune *homo* in suppositione distributiva acceptum non potest verificari, sed ut verificetur, debet habere vel suppositionem particularem determinatam, vel suppositionem singularem. Singularem tamen ordinariè non habet, nisi de expressa speciali Intentione elicientis dictam propositionem.

5to in hac propositione *Al quis Calamus est necessarius ad scribendum*. Subjectum *Alquis calamus* accipi in suppositione indeterminata, colligitur ex prædicato *Necessarius ad scribendum*, quod de nullo determinatè calamo verificatur, sed verificatur per singulos disjunctivè acceptos. Juxta dicta Num. 76.

Præter hoc Universale Judicium, ex quo colligi potest, in qua suppositione aliquis terminus accipiatur, sunt alia Judicia pro termino Communi, ex quibus termini talis suppositio cognoscitur.

1mum Judicium est. In suppositione Collectiva accipitur ut plurimum terminus Communis, quando ponitur in Numero plurali, idque sive habeat syncategorema Universale, sive habeat syncategorema particulare numero plurali expressum, sive omni syncategoremate careat. Patet id in his propositionibus: *Omnes Apostoli sunt duodecem*. *Aliqui homines currunt*. *Evangelistæ sunt quatuor*. In quibus termini Com-

79  
Terminum  
accipi in sup-  
positione Colle-  
ctiva quod est  
indicium 2

munes plurali Numero expressi sumuntur in suppositione collectiva. Addidi ut plurimum fieri enim aliquando potest, ut terminus communis Numero plurali expressus habens syncategorema plurale, supponat distributive, vel disjunctive, debeatque exponi per propositiones Copulativas, vel disjunctivas; ut patet in hac propositione: *Omnes Apostoli præter Mattheum, electi sunt immediate ab ipso Christo* in qua *Omnes Apostoli*, licet plurali numero significantur, supponunt distributive, & exponi debent per propositionem Copulativam hoc v. g. Modo. *Et Petrus est à Christo electus, & Andreas est electus, & Joannes, & Iacobus, & Thomas, & quisque aliorum Apostolorum est à Christo electus.* Quod tunc fit, quando prædicatum, quod affirmatur, vel negatur de subiecto communi posito in Numero plurali potest vere affirmari, vel negari de eodem subiecto posito tam ipso, quem prædicato in Numero singulari.

80. *2dum* Signum est. Terminus communis accipitur distributive, si Numero singulari expressus habet præfixum. Syncategorema Universale, vel affirmativum, ut *Omnis*, vel Negativum, ut *Nullus*. Quod si terminus Communis habeat syncategorema particulare Numeri singularis, accipietur in suppositione disjunctiva, & particulari. Si verò termino communi præfigatur pronomen demonstrativum *hic*, terminus huiusmodi habebit suppositionem singularem, ut habet in hac propositione *Hic homo scribit.*

81. *3tium* Signum est in propositionibus indefinitis [ hoc est, in quibus subiecto communi numeri singularis nullum syncategorema præfigitur, ] si hæ fuerint in Materia necessaria, quales illæ esse censentur, in quibus prædicatum est de essentia subiecti, terminus communis plerumque & Connaturaliter habet suppositionem distributivam, & Universalem, ut patet in hac propositione indefinita, in Materia necessaria *Homo est Animal.* Cujus propositionis subiectum *homo* habet suppositionem distributivam, & propositio illa indefinita

Ex syncategoremate, quod præfigitur termino communi, cognoscitur ejusdem suppositio

Quam suppositionem habeat subiectum commune propositionis indefinitæ. Imprimis dum est propositio in Materia necessaria.

definita æquivaleret huic Universali, *Homo est Animal*, sic enim intellecta est vera.

Addidi plerumque, & Connaturaliter. Cùm enim, ut infra dicitur Ex propositione Universali possit inferri particularis subalterna, Ex hac v.g. *Omnis homo est Animal*, possit inferri hæc particularis subalterna. *Aliquis homo est Animal*. Dicitur potest subiectum propositionis indefinitæ in materia Necessaria posse accipi etiam in suppositione particulari. Cæterum communius, & quasi connaturalius subiecta talium propositionum accipiuntur in suppositione distributiva, & Universali.

Quod si propositio indefinita fuerit in Materia contingenti (in qua materia censetur esse, dum prædicatum contingenter convenit subiecto) terminus communis pro subiecto positus, ut plurimum habet suppositionem disjunctivam, & particularem. Et sic hæc propositio indefinita in Materia contingente. *Homo currit* ita accipi debet, ut subiectum illius supponat disjunctivè, æquivaleretque huic propositioni: *Aliquis homo currit*. Hoc enim sensu intellecta solet esse vera.

Deinde dum propositio est in Materia contingente.

atum Signum est. Terminus communis pro prædicato positus in propositionibus Negativis accipitur sicut per in suppositione distributiva, & Universali. Sive negatio sit immediate præfixa Copulæ ut fit, dum dico *Petrus non est lapis* sive syncategorema Negativum præfigatur toti propositioni, ejusque subiecto, eamque faciat Universalem negativam ut fit in hac propositione *Nullus homo est lapis*. Hæc tamen est differentia inter hujusmodi propositiones, Quod syncategorema universale Negativum præfixum subiecto, distribuat tam subiectum, quam prædicatum. Negatio autem præfixa immediate ipsi Copulæ distribuat solum prædicatum commune Cujus ratio est: Quia Negatio, cùm sit malignantis Naturæ: (ut fert commune axioma) negat quidquid post se invenit, negatio inquam, formalis & passiva, de his enim hoc loco

82.  
Prædicatum  
Commune  
propositionis  
Negativæ ha-  
bet suppositio-  
nem distribu-  
tivam.

Negatio est  
Malignantis  
Naturæ quo  
ensu?

agimus. Ergo si post se non invenit nisi prædicatum, illud dum commune est, negat in omni sua amplitudine, adeoque negat tale prædicatum distributivè sumptum. Quod si negatio in syncategoremate negativo universalis, præfigatur toti propositioni habenti & subjectum, & prædicatum commune, negat de subjecto distributo prædicatum itidem distributum, adeoque tam subiectum, quam prædicatum distribuit. Si verò Negatio præfigatur subjecto habenti syncategorema affirmativum Universale, subjectum tunc non distribuetur. Quia negatio destruet in tali casu universalitatem syncategorematis eamque mutabit in particularitatem, ut fit dum dicitur. *Non omnis homo currit* hæc enim propositio æquivalet huic: *aliquis homo non currit.*

Dices non bene asseri Negationem esse malignantis naturæ, nec constat unde tale assertum, ortum habeat, an ex Autoritate, & cuius? an ex ratione; Insuper præjudiciosum videtur sententiæ identificanti Negationes Entibus positivis, præsertim Decreto Divino, quod certè non est malignantis Naturæ. Respondeo Assertum hoc quo asseritur Negationem esse Malignantis naturæ in sensu explicato, quod scilicet neget, immutet, & destruat, quidquid post se invenit. Hoc inquam assertum ita probari, & deduci, sicut probari, & deduci solent, quævis Principia, & Axiomata, nimirum per Inductionem particularium veritatum nullâ instantiâ oppositâ infringibilem. Facile hæc Inductio institui potest, imò jam immediatè supra est instituta. Hinc si dixeris non esse Inductionem Universalem, aliqua instantiâ oppositâ illam infringere oportebit, quam certè asserre non poteris. Ortum hujus Axiomatis ille investiget, qui propositionum æternæ veritatis ortum scire desiderat. Veritas hoc axiome expressa, non est nunc primùm nota. Semper est, & fuit, Et cum pridem innotuerit, ut pote perse nota, nec Autoritate nec ratione probari debet. Interim nullus est ex impressis Philosophis, qui eam neget vel in dubium revocet. Multi  
verò

verò sunt, qui eam pro certa & indubitata habent. Inter hos est R. P. Ioannes de Ulloa jam aliàs à me citatus, in sua Dialectica Disputatio: 1. Num. 3. Ne hæc ipsa veritas sit præjudiciosa sententiæ identificanti Negationes Entibus positivis, Patroni ejusdem sententiæ consulant, & provideant, mitioribusque terminis dictam veritatem proponant, si volunt, facere certe non possunt, ut negatio Passiva, & formalis de qua (ut dixi) procedit Axioma, non tollat quidquid afficit, & cui præfigitur. Qui hoc Axiomate utimur, per malignantē Naturā intelligimus essentiā, & rationem formalem negationis passivæ, quæ ratio in hoc stat, quod negatio excludat, tollat, & destruat id totum cui præfigitur. De Natura verò, cui identificantur Negationes Activa, ne cogitamus quidem, sed ad hoc tanquam à re ad præsentem Materiam impertinente, Omnino abstinemus.

*81* Indicium est Terminus communis prædicatum assumptus in propositionibus affirmativis habet suppositionem particularem & disjunctivam, de quocunque demum subiecto talis terminus prædicetur. Et sic in his propositionibus affirmativis *Omnis homo est Animal, Petrus est vivens* Prædicata *Animal & vivens* habent suppositionem particularem, & disjunctivam certè enim: *Omnis homo non est Omne Animal, sed aliquod, Petrus non est Omne vivens.* Sed itidem *aliquod vivens.*

Hoc indicium revocari potest in dubium ab ijs, qui existimant prædicatum Commune affirmatum de subiecto singulari, etiam ipsum singularizari, & habere suppositionem singularem.

Cæterum veritas adducti Indicij à pluribus admittit stare videtur, ex eo, Quia universaliter Terminus communis in propositionibus, habet alterutram suppositionem talis termini propriam, nimirum vel distributivam, vel disjunctivam, dum hæc veritati talium propositionum non repugnat. Ad veritatem enim propositionum maxime attenditur in suppositionibus terminorum, ut hi in ea suppositione accipiantur, quæ veritati propositionis non repugnat, nec illam reddit manifestè falsam.

Sed suppositio

Quid per malignantem Naturam Negationis intelligitur

*83*  
Prædicatum Commune propositionis affirmativæ habet suppositionem particularem

Ratio redditur

tio

tio particularis prædicati communis in propositione affirmati-  
va est una ex illis duabus Suppositionibus termino commu-  
ni propriis. nec veritati propositionis affirmatiæ repugnat  
Hæc enim est vera, si intelligatur quòd v. g. *homo sit aliquid*  
*animal*, quòd *Petrus sit aliquid vivens*, licet per prædicatum  
formale non demonstretur hoc esse determinatè vivens Ergo.  
Ejusdem Indicij veritas patebit amplius ex dicendis inferius,  
præsertim ex dicendis de conversione propositionum.

Quæritur 2do Quid sit affirmari prædicatum de subiecto  
non supponente.

84.  
Quid est præ-  
dicatum affir-  
mari de subie-  
cto non sup-  
ponente?

Respondeo prædicatum affirmari de subiecto non sup-  
ponente, est affirmari illud de subiecto suppositionis falsæ, quod  
tunc fit, quando prædicatum aliquid affirmatur de subiecto,  
quod non potest convenire eidem, nisi supponatur aliud præ-  
dicatum illi ipsi subiecto convenire, quod tamen illi non con-  
venit; seu quando per affirmationem unius prædicati de sub-  
jecto, virtualiter, & tacitè affirmatur aliud diversum prædica-  
tum de eodem subiecto, illi non conveniens. Tales præ-  
dicaciones de subiecto non supponente sunt.

In ducuntur  
aliqua exemplarit.

*Antichristus cur-  
rit.* *Angelus Albus est disgregativus v. s. u. s.* *Alter DEUS*  
*est Ens perfectissimum. Incognoscibile est Cognoscibile.* In sin-  
gulis enim his propositionibus ita, prædicatum affirmatur de  
subiecto, ut simul supponatur aliud prædicatum convenire i-  
tidem subiecto, quod tamen ipsi non convenit. Nimirum  
primæ propositionis prædicatum *currit*, supponit *Antichristum*  
*existere*, cum nihil *currit*, nisi *existat*, quæ tamen suppositio hic  
& nunc est falsa, cum *Antichristus nec dum existat*. 2dæ propo-  
sitionis prædicatū Ly *disgregativus v. s. u. s.* supponit *Angelo* convenire  
denominationem albi, *Angelumque* dictæ denominationis esse *Ca-  
pacem*, ad eòq; *Angelum* esse, *Ens Materiale* Cum nihil possit esse  
*disgregativum v. s. u. s.* nisi sit *album*, nihil *album* esse possit nisi sit  
*Capax* denominationis *albi*, nihil sit *capax* talis denomina-  
tionis, si non sit *Ens Materiale*, quæ suppositio, quòd talia  
prædicata conveniant *Angelo*, est suppositio falsa. 3tiæ  
propositionis prædicatum Ly *Ens perfectissimum* supponit

*etissimum* supponit ex parte subjecti, *alterum DEUM dari*, & esse possibilem ipsamque *alteritatem*, exclusivam unicitatis Divinæ, esse perfectionem, quæ suppositio est omnino falsa.

41a Tandem propositionis prædicatum *Ly cognoscibile* supponit aptitudinem & capacitatem *ad cognosci*, in subjecto, de quo prædicatur, cum per hanc explicetur *cognoscibile*. si poni autem non potest, sine repugnantia in terminis, id quod est *incognoscibile* habere aptitudinem & capacitatem *ad cognosci*.

Hinc ulterius colliges, Quando nam & quarum propositionum suppositum negari debeat? Debet nimirum negari suppositum propositionum, quæ sunt de subjecto non supponente, seu propositionum illarum, quarum subjecto non potest convenire prædicatum, nisi subjectum illud involvat suppositionem falsam. Negato vero supposito alicujus propositionis, illud suppositum evolvi, & in lucem produci debet, ut pateat, per subjectum supponi aliquid, & tacite affirmari, quod non potest affirmari, nisi falso.

Quarum propositionum suppositum est negandum

Quæritur 3tio Variatio suppositionis, unius ejusdemque termini in propositionibus, seu præmissis syllogismi, an, & qualis officiat bonitati illationis & Consequentia: Quæsitum hoc videbitur cuiuspiam commodius transferendum, in ultimam disputationem, in qua tractabitur de syllogismo, idque ex hac ratione, quod hujus quæsitæ resolutio prærequirat notitiam syllogismi. Interim ut de suppositionibus totam doctrinam simul absolverem, hoc loco, & superius, & præsens quæsitum, proponenda & resolvenda censui: cum pleraque etiam alia superius tractata, ad plenam sui cognitionem, requirant inferius tractandorum notitiam, sicut & resolutio quæsitæ præsentis.

Respondeo itaque, & Dico: Quasdam suppositiones unius ejusdemque termini esse tales, quæ in syllogismo variari non possunt, absque eo, quod vitietur consequentia. Sunt tamen aliquæ suppositiones, quæ in eodem termino syllogismi variari possunt, absque vitio consequentiæ; imò ut sit etiam

illatio, variari debent ex prescripto Legum Dialecticarum.

per aliquas  
ejusdem ter-  
mini supposi-  
tiones varia-  
tas vitiatur  
forma syllo-  
gistica

Declaratur una pars responsionis. Quia imprimis, unius  
ejusdemque termini syllogismi suppositio non potest sic variari,  
ut in una propositione, aliquis terminus habeat suppositionem  
Materialē, in altera, suppositionem formalem. Quod si talis varia-  
tio fieret, syllogismus non concluderet ut patet in hoc syllogismo.  
*Homo est vox d. syll. a Ioanne. est homo Ergo Ioan. est vox d. syll. a.* Cu-  
jus syllogismi Consequentia est vitiosa Quia terminus *homo* variat  
suppositionem in majori habet suppositionem materialem, in mi-  
nori suppositionem formalem.

Inducuntur ta-  
les suppositiones

2do suppositiones forma-  
les, propria & impropria non possunt ita variari, ut unus i-  
demque terminus, in una propositione syllogismi habeat sup-  
positionem propriam, in altera habeat suppositionem improp-  
riam, Hinc non recte concludit sequens syllogismus *Quod  
ridet est Animal risibile. Pratum ridet. Ergo pratum est ani-  
mal risibile.* 3tio Suppositio simplex & personalis ejusdem  
termini non possunt variari in syllogismo nisi cum vitio conse-  
quentiæ.

Hinc non recte concludit sequens Argumentum:  
*Animal est genus Petrus est animal Ergo Petrus est genus.*  
Ly enim *Animal* in una propositione habet suppositionem sim-  
plicem in altera suppositionem personalem. 4to Sine vitio conse-  
quentiæ non potest in syllogismo ita variari suppositio alicuius  
termini, ut hic in una propositione habeat suppositionem  
Collectivam, in altera suppositionem distributivam, aut disjun-  
ctivam. Hinc non recte arguitur: *Apostoli sunt d. odecem  
Petrus est Apostolus Ergo Petrus est d. odecem.*

Ratio redditur

Ratio ulterior univertalis est, propter quam, enumera-  
tæ suppositiones unius termini, in syllogismo, variari non pos-  
sunt. Quia in syllogismo principijs communibus nixo, recte  
concludente, tres non nisi debent esse termini, ut infra dedu-  
cetur. Atqui si dictæ suppositiones ejusdem termini in syl-  
logismo variarentur, eo ipso darentur in syllogismo plures, quam  
tres termini. Ex uno enim termino, cujus variaretur aliqua  
ex dictis suppositio, haberentur duo termini profus diversi.

præ-



præter quos darentur alij duo. Ergo si aliqua suppositio unius ejusdemque termini ex adductis suppositionibus variaretur in syllogismo, syllogismus ille non rectè concluderet.

2da pars Responsionis deducitur In syllogismo habente terminum communem, suppositio termini communis sine vitio consequentiæ potest taliter variari, ut in una propositione terminus ille habeat suppositionem universalem, & distributivam, in altera habeat suppositionem particularem & disjunctivam. Imo ut rectè concludat syllogismus, medius terminus communis debet in una præmissa distribui, adeoque in suppositione distributiva accipi, in altera præmissa potest esse non distributus, adeoque in suppositione disjunctiva accipi, juxta regulam Dialecticam in 3tia disputatione proponendam.

Doctrina hæc patet in sequenti syllogismo rectè concludente: *Omnis homo est Animal, Petrus est homo, Ergo Petrus est animal.* In quo syllogismo terminus Medius communis *homo*, in majori habet suppositionem distributivam, in Minori habet suppositionem disjunctivam.

Quod vero hæc suppositiones variatæ non vitient formam syllogismi, sed potius variari debeant, ut syllogismus rectè concludat, deducitur ex duplici Principio. Imprimis ex illo *quæ sunt eadem uni 3tio sunt eadem inter se* Secundum quod Principium ut syllogismus rectè concludat, Extrema quæ per Conclusionem verè affirmantur esse eadem inter se, debent per præmissas verè affirmari esse eadem cum uno tertio. Quæ verò extrema verè negantur per conclusionem esse eadem inter se, per præmissam unam, Extremum unum debet verè negari esse idem cum uno tertio, per alteram præmissam, alterum extremum debet verè affirmari esse idem cum uno tertio. Sed non mutatâ suppositione medij termini communis, per præmissas extrema non possunt verè affirmari esse eadem cum tertio, una enim præmissa necessariò est falsa. Licet enim in adducto supra syllogismo vera sit affirmatio: *Omnis homo est animal:* in qua terminus Communis ho-

86.  
Per aliquam suppositionem ejusdem termini variatâ non vitiat syllogismus & per quam

Deducitur hoc ex illo Principio *Quæ sunt eadem uni tertio &c.*

mo supponit distributivè, tamen falsa est minoris affirmatio  
*sed Petrus est homo*: si etiam in hac propositione terminus *ho-*  
*mo* accipiatur in suppositione distributiva, quia falsum est, quod  
*Petrus sit omnis homo*, seu, & *hic*, & *ille*, & *alius homo*. In  
 syllogismo etiam ex Negativa una præmissa inferente con-  
 clusionem, præmissæ non possunt esse ambæ veræ, (saltem  
 communiter) si non variatur suppositio medij termini com-  
 munitatis, ut patet in hoc syllogismo. *Nullus homo est lapis* *Pe-*  
*trus est homo* Ergo *Petrus non est lapis*. In quo, si terminus  
*homo* qui in Majore Negativa universali habet suppositionem  
 distributivam, retineat eandem suppositionem in minore, mi-  
 nor necessariò est falsa, ut dictum est immediate. Ergo non  
 Mutata suppositione medij termini Communis, syllogismi de  
 tali termino, ut plurimum non rectè concluderent.

2do Quia forma syllogistica nititur etiam illi alteri  
 Principio, *Dici de omni est dici de aliquo contento sub omni.*  
 Et *negari de Omni, est negari de Aliquo contento sub omni*:  
 quod iterum principium requirit, ut terminus Communis, va-  
 riet suppositionem universalem, ut faciliè patere potest facta  
 aliqua supra hoc principium reflexione.

*Dici de omni*  
 quomodo Cõ-  
 pleri debeat ut  
 sit principium?

Dices *Dici de omni dici de nullo*, haberi quidem pro  
 principio, non esse tamen verè & propriè tale principium. De  
 ratione enim Principij est esse, propositionem ex terminis e-  
 videns. Jam verò *Ly dici de Omni, dici de nullo* non est  
 propositio per se evidens. Quia non est simpliciter, propositio  
 sed solum sunt termini incompletam significationem habentes,  
 nec quidquam enunciantes. Respondeo. *Ly Dici de Omni*  
*dici de nullo*: non esse nec debere haberi pro principio, nisi  
 compleatur, vel complementum illius subintelligatur; si tamen  
 compleatur, ut compleri debet, aut complementum ejus sub-  
 intelligatur, est Principium ex terminis evidens, & pro tali ha-  
 bendum. Caterum completum hic idem Principium ha-  
 bes. Estque bipartitum: Una pars illius est *Dici de Om-*  
*ni, est dici de aliquo*: hoc est: Quidquid verè affirmatur, & di-  
 citur.

ctur de omni, id ipsum verè affirmatur & dicitur de aliquo contento sub omni. Altera pars ejusdem principii est *Dici de nullo, est dici de aliquo non.* Hoc est quidquid verè negatur de omni, idem bene & verè negatur de quovis in particulari, seu de aliquo contento sub omni. Tali- ter intellectu Principio innitur forma syllogistica, & Bonitas conseq. entia.

Neque hinc sequitur supposità hac termini Commu- nis variatione, in aliquo syllogismo dandos quatuor terminos, non sequitur in quam dandos tales quatuor terminos in syl- logismo, quales dari repugnat & quales pro quatuor termi- nis habentur & reputantur à Philosophis. Etiam si enim legitima syllogismi formæ repugnet dari quatuor terminos, quatuor diversis vocibus totidem diversa objecta significan- tibus, quatuor item terminos, licet tribus vocibus expressos, quatuor inquam propter variatam unius termini suppositio- nem exdictis suppositionibus, de quibus numero 85. adeo- que propter variatam significationem. Tamen non repug- nat bonitati syllogismi dari in ipso terminos, qui per hoc præcisè sint quatuor, quòd unus ex tribus diversis terminis expressis totidem vocibus, in una propositione habeat sup- positionem Universalem & distributivam, in altera, idem ter- minus habeat suppositionem particularem seu disjunctivam. Imò ut syllogismus rectè concludat, est necessaria hæc Mul- tiplicitas. Quia ut syllogismus de medio communi rectè conclu- dat, necessarium est, ut medius terminus in una præmissa di- stribuatur, in altera præmissa ut plurimum sit indistributus. Necessarium item est ne præmissæ sint ambæ particulares, ex talibus enim præmissis nihil sequitur vi formæ. Quæ & alia quam plurima ostendunt debere variari in syllogismo, ali- cujus termini communis suppositionem Distributivam & dis- junctivam, ut talis syllogismus possit esse legitimus. Pro- pter hanc tamen suppositionem termini communis variatam non dicuntur quatuor esse termini in syllogismo; sicut propter

87.

Ex mutata  
suppositione  
universali &  
particulari ali-  
cujus termini  
non sequitur  
dari in syllo-  
gismo termi-  
nos qui sint  
dialecticè  
quatuor

suppositionis & quantitatis Variationem, in propositionibus dialecticè Contradictorijs, tales propositiones non censentur habere diversa subjecta. Terminus enim qui in una propositione habet suppositionem Universalem, in altera particularem, dialecticè pro uno eodemque habetur.

## PUNCTUM II.

*De Ascensu & Descensu*

**A**scensus & descensus sunt proprietates termini Cōmunis, quatenus ad solum terminum cōmunem, ab ejus inferioribus valet ascensus & ab hoc solo valet descensus ad inferiora. Circa utrumque quæremus *1mo* quid sit Ascensus, quid descensus? *2do*: Quotuplex sit tam ascensus, quam descensus? *3tio*: Qualis ascensus ad terminum communem in varijs suppositionibus acceptum valeat? quis item descensus & quando instituendus?

QUANTUM ad *1mum*

88. Ascensus est progressio ab inferioribus sufficienter enumeratis ad terminum Communem, seu est illatio, per quam *Quid Ascensus* in consequenti, aliquod prædicatum affirmatur, vel negatur de subjecto Comuni, quod fuit affirmatum vel negatum de inferioribus sufficienter enumeratis, contentis sub eodem, termino communi. Talis ascensus est dum v. g. arguitur: *Et Petrus est animal, & Paulus est Animal, & Andreas est Animal, & sic de cæteris omnibus individuis hominis. Ergo Omnis homo est animal.* In qua Argumentatione fit progressio ab inferioribus hominis sufficienter enumeratis ad terminum Communem *homo*, ac de hoc ipso termino *homo*, in consequente affirmatur prædicatum *Animal*, quod in Antecedente affirmabatur de inferioribus hominis *Petro, Paulo, Andrea &c.*

89.

Descensus è contra, est progressio à termino communi

ni

ni ad singularia vel quavis inferiora sub eodem termino communi contenta. Seu est illatio, per quam in Consequenti affirmatur vel negatur aliquid prædicatum de singulis inferioribus, contentis sub quopiam termino communi, ex eo quòd idem prædicatum fuerit affirmatum vel negatum in Antecedente de ipso termino communi. Talis descensus est. Si arguam *Omnis homo est Animal. Ergo & Petrus, & Paulus, & Andreas, & quodcunque aliud Individuum hominis est Animal.*

## QUANTUM ad 2dum

**A**scensus & Descensus dividitur imò in affirmativum & Negativum. Ascensus affirmativus est progressio per affirmationem ab inferioribus termini communis ad ipsum terminum communem ut cum Dico: *Et Petrus est Animal & Paulus est Animal, & sic de cæteris Individuis hominis. Ergo omnis homo est Animal.*

Ascensus Negativus est progressio per Negationem, ab Inferioribus termini communis ad eundem ipsum terminum Communem, dum scilicet prædicatum quod de inferioribus termini communis negatur in Antecedente, hoc ipsum in consequente negatur de termino communi ut cum dico *Nec Petrus est lapis nec Paulus est lapis & sic de cæteris individuis hominis. Ergo nullus homo est lapis*

Descensus affirmativus est progressio per affirmationem, à termino communi, ad ejus inferiora. Ut cum Dico *Omnis homo est Animal Ergo & Petrus est Animal & Paulus est Animal & sic de cæteris.* Descensus Negativus est progressio per Negationem, à termino Communi, ad inferiora sub termino illo communi contenta ut si arguatur: *Nullus homo est lapis Ergo nec Petrus est lapis, nec Paulus est lapis, & sic de alijs.*

Dividi 2do potest Ascensus & descensus, in ascensum, & descensum à subjecto propositionis, & in Ascensum & descensum

90.

Ascensus affirmativus

Ascensus Negativus

91.

Descensus affirmativus

Descensus negativus

92.

descensum

**Ascensus à sub-  
jecto propo-  
sitionis** descensum à prædicato propositionis. Ascensus à subiecto pro-  
positionis, est progressio illa, per quam prædicatum, quod de  
inferioribus sufficienter enumeratis affirmatur vel negatur in  
Antecedente, idem omnino in consequente affirmatur vel ne-  
gatur de subiecto communi. Talis Ascensus Exempla habes Nu-  
mero 90.

**Ascensus à  
prædicato pro-  
positionis** Ascensus à prædicato propositionis est  
progressio illa per quam ita in Antecedente inferiora alicujus  
termini Communis affirmantur vel negantur de aliquo sub-  
jecto, ut in Consequenti per illationem de eodem subiecto  
affirmetur vel negetur ipse terminus Communis. Per talem  
Ascensum arguitur dum dicitur. *Antichristus est vel hic, vel  
ille, vel aliquis alius homo ex existentibus aut possibilibus Ergo  
Antichristus est homo.* Dum item dicitur *Lapis neque est  
Petrus, neque Paulus, & sic de alijs Ergo lapis non est  
homo.*

**93.  
Descensus à  
subiecto** Descensus à subiecto, est dum prædicatum quod in  
Antecedente affirmatur vel negatur de subiecto communi,  
idem omnino affirmatur vel negatur in consequenti de infe-  
rioribus contentis sub communi subiecto Antecedentis. talis  
Descensus exempla habes Numero 9.

**Descensus à  
prædicato** Descensus à prædicato, est quando de subiecto aliquo  
de quo in Antecedente affirmabatur ve negabatur prædica-  
tum Commune, in conequente affirmantur vel negantur i-  
psa illa plura, hoc est inferiora sub prædicato Communi  
Antecedentis contenta. Talis descensus est, si arguatur  
*Quod currit est homo Ergo quod currit est vel Petrus, vel Par-  
tu, vel Joannes vel alius quæpiam individus homo.* Talis  
item descensus est *Lapis non est homo Ergo Lapis neque Pau-  
lus, neque Ioannes, & sic de cæteris*

**94.  
Ascensus col-  
lectivus** Dividitur Ascensus & descensus in Collectivum,  
Distributivum & disjunctivum. Divisio hæc Ascensus & descen-  
sus, ex simili divisione suppositionis termini Communis faci-  
le intelligi potest. Est vero Ascensus Collectivus progressio  
à singularibus indivisim & Collective acceptis, ac sufficienter e-  
numera

numeratis ad terminum communem collectivum, ut si dicatur: *Matthæus, Ioannes, Marcus & Lucas Evangelista sunt quatuor. Ergo omnes Evangelista sunt quatuor.* Descensus collectivus, est progressio à termino communi collectivè sumpto, ad singularia simul & indivisim accepta, & sufficienter enumerata, sub eodem termino communi collectivo contenta. Talis Descensus est, si arguatur: *Quatuor Evangelista sunt figurati per quatuor Ezechielis animalia. Ergo Matthæus, Ioannes, Marcus & Lucas Evangelista sunt figurati per quatuor Ezechielis animalia.*

Descensus collectivus.

Ascensus distributivus seu universalis, est Progressio ab inferioribus sub particula distributiva, sive affirmativa *et*: sive negativa *nec, neque*, sufficienter enumeratis, ad terminum communem distributivè acceptum, sive universalem. Talis Ascensus est, si dicam: *Et homo, & leo, & equus, & bos, & ovis, & sic de aliis speciebus animalis, fuerunt in Arca Noe. Ergo omne animal quoad suam speciem fuit in Arca Noe.* Descensus è contra Distributivus, est progressio à termino communi in suppositione distributiva accepto, ad inferiora sub particulis: *&*, *nec*, sufficienter enumerata. Talis descensus est, si dicatur: *Omne animal quoad suam speciem fuit in Arca Noe. Ergo in hac Arca fuit & homo, & leo, & equus, & bos, & quæcumque alia species animalis.*

95.  
Ascensus distributivus seu universalis.

Descensus distributivus.

Ascensus disjunctivus seu particularis, est progressio ab inferioribus sub aliqua particula disjunctiva (quales particulae sunt: *vel, aut*) sufficienter enumeratis, ad terminum communem sumptum in suppositione particulari, seu disjunctiva. Talis Ascensus est, si dicam: *vel Petrus, vel Paulus, vel Andreas, & sic de cæteris, currit. Ergo aliquis homo currit.* Descensus disjunctivus, est progressio à termino communi habente suppositionem particularem, ad inferiora sub tali termino contenta, eorumque sufficientem enumerationem sub aliqua particula disjunctiva. Hujus descensus sit hoc Exemplum: *Aliquis homo currit. Ergo vel Petrus, vel Paulus, vel*

96.  
Ascensus disjunctivus seu particularis.

Descensus disjunctivus.

*Ioannes, vel quicumque alius individuus homo currit.*

97. Ascensus disjunctivus determinatus. Ascensus disjunctivus (par ratio est de descensu disjunctivo) alius est determinatus, alius indeterminatus & confusus. Ascensus disjunctivus determinatus, est progressio ab inferioribus, sub disjunctione sufficienter enumeratis, ad terminum communem in suppositione particulari determinata acceptum. Exemplum talis ascensûs habes numero superiore.

Ascensus indeterminatus.

Ascensus particularis indeterminatus, est progressio ab inferioribus sub disjunctione sufficienter enumeratis, ad terminum communem in suppositione particulari indeterminata acceptum, ut cum dico: *vel calamus A, vel calamus B, vel calamus C, vel quicumque alius calamus indeterminate est necessarius ad scribendum. Ergo aliquis calamus est necessarius ad scribendum.*

Descensus disjunctivus determinatus.

Proportionatè explicandus est descensus disjunctivus si-ve determinatus, si-ve indeterminatus. Nimirum: descensus disjunctivus si-ve particularis determinatus, est progressio à termino communi in suppositione particulari determinata accepto, ad inferiora ejusdem sub disjunctione sufficienter enumerata. Exemplum hujus descensus habes numero. 96. Descensus particularis indeterminatus, est progressio à termino communi habente suppositionem particularem indeterminatam, ad inferiora ejusdem sub disjunctione sufficienter enumerata. Ut si arguam: *Aliquis calamus est necessarius ad scribendum. Ergo vel calamus A, vel calamus B, vel calamus C, & sic de aliis, est indeterminate necessarius ad scribendum.*

Descensus indeterminatus.

Circa has species Ascensûs, & Descensûs.

98.

Ascensus debet esse progressio ad terminum communem.

Nota 1<sup>mo</sup>. Ad rationem Ascensûs requiri, ut progressio fiat ab inferioribus termini communis ad eundem ipsum terminum communem. Quæ inferiora aliquando possunt esse vel species, vel individua speciei: si nimirum ascensus, & progressio fiat ad terminum communem genericum; aliquando sunt nonnisi singularia, & individua; si ascensus fiat ad terminum

num



num communem specificum, eumque speciei infimæ. Requiritur autem, ut hæc progressio sit ab Inferioribus sufficienter enumeratis, quæ aliquando non enumerantur sufficienter, nisi enumerentur omnia, aliqua expresse, alia sub clausula generali, quæ se extendat ad inferiora reliqua non enumerata. Qualis clausula est v. g. *Et sic de cæteris*. Talis enumeratio debet fieri in Ascensu distributivo, sive affirmativo, sive Negativo, si enim enumeratio fallat, nec subsistat in uno saltem inferiori, contento sub termino communi, ad quæ est ascensus; progressio, & illatio est futura falsa, & non subsistens.

Aliquando enumeratio potest esse sufficiens, licet non omnia inferiora enumerentur, ut fieri potest in Ascensu particulari determinato, in quo est sufficiens enumeratio, si fiat à nonnullis inferioribus enumeratis, ita tamen ut inter hæc enumerata, sit etiam illud, ratione cujus verificatur propositio, habens terminum Communiem, ad quem fit Ascensus particularis determinatus. Et sic bona est illatio: *Vel Petrus, vel Paulus, vel Ioannes currit*. Supposito ex his tribus unus currat: *Ergo aliquis homo currit*. In qua progressione non enumerantur nisi tria singularia.

Nota 2do Quod descensus distributivus, sive affirmativus, sive Negativus à termino Communi bene instituat & valeat, etiam si non procedatur ad enumerationem omnium inferiorum, sed procedatur ad unum non nisi inferius. Et sic rectè argues per descensum *Omnis homo est Animal. Ergo Petrus est Animal. Item: Nullus homo est lapis. Ergo nec Petrus est lapis*. Pariter à prædicato Communi propositionis Negativæ, valet illatio ad unum inferius hoc v. g. modo: *Petrus non est lapis. Ergo Petrus non est adamus*.

Descensus similiter particularis determinatus non requirit, ut in Consequenti enumerentur omnia inferiora, sed ad rectam illationem, satis est in consequenti sub disjunctione enumerari duo, ex quibus unum sit, ratione cujus verificatur propositio habens terminum Communiem, à quo fit talis descensus.

ab Inferioribus  
sufficienter e-  
numeratis.

hæc quando-  
que debent  
enumerari  
Omnia

in aliquo a-  
scensu possunt  
non Omnia

99.  
descensus di-  
stributivus po-  
test fieri etiam  
ad unum in-  
ferius.

descensus par-  
ticularis per  
qualem enu-  
merationem  
fieri possit?

scensus. Et sic ab hac propositione: *Aliquis homo currit; valet descensus, si in Consequenti enumerentur sub disjunctione saltem duo singularia, hoc est, duo Individui homines, quorum unus currat. Demus, quod Ioannes currit. In hac suppositione potest rectè inferri per descensum: Ergo vel Petrus currit, vel Ioannes currit.* Interim quia plerumque non constat, an inter duos sic enumeratos Individuos y. g. homines unus verificet prædicatum de termino communi dictum; Descensus disiectivus determinatus ordinariè debet fieri per enumerationem plurium inferiorum, imò omnium sub disjunctione.

QUANTUM Ad 3<sup>ium</sup>.

100.  
Ascensus &  
descensus re-  
spondent sup-  
positioni ter-  
mini Com-  
munis

**R**espondeo: Quòd Ascensus, & descensus ordinariè loquendo, debeat respondere suppositioni termini Communis ad quem fit Ascensus, vel à quo fit descensus. Nimirum Ascensus, & descensus debent esse distributivi, si terminus communis, ad quem, vel à quo fit progressio debeat habere suppositionem Distributivam. Collectivus ascensus & descensus debet fieri, dum terminus Communis, ad quem, vel à quo fit progressio, accipitur in suppositione Collectiva. Particularis determinatus ascensus, & descensus fiet, si terminus Communis ad quem ascensus, vel à quo descensus est instituendus, habuerit suppositionem particularem determinatam. Tandem particularis indeterminatus Ascensus, vel descensus instituetur, si terminus Communis ad quem vel à quo progressio fieri debet, habuerit suppositionem particularem indeterminatam. Cujus ipsius ratio, est quia per ascensum, & descensum exponitur & exponi debet suppositio termini Communis, ad quem fit ascensus, vel à quo fit descensus. Arguiturque per Ascensum, à propositione exponente ad propositionem de termino communi, qui exponitur. Per descensum verò arguitur à propositione exponibili ad exponentem. Ergo taliter ascensus est instituendus, ut per Antecedens exponat

ponatur suppositio termini communis, ad quem fit progressio. Descensus similiter est taliter instituendus, ut in consequenti exponatur suppositio termini Communis, quem talis terminus habet in Antecedente, sed hæc expositio non habetur, nisi Ascensus, & descensus respondeant suppositioni termini communis, ad quem vel à quo fit progressio, Ergo.

Addidi: *ordinarie loquendo*. Licet enim Communiter et ordinariè, non valeat Ascensus, & Argumentatio à sensu distributivo ad Collectivum, tamen potest aliquando valere. Et sic valet hic Ascensus: *Et hic miles est inermis, & sic de singulis alijs Militibus in toto exercitu contentis.* Ergo totus exercitus est inermis: quæ Argumentatio est à sensu distributivo ad Collectivum.

Pro quo ipso cognoscendo hanc Regulam tene. Tunc valere Argumentationem à sensu distributivo ad Collectivum, quando illatio est sub tali prædicato, quod crescentibus partibus collectivis, non decrescit, nec minuitur, aut tollitur, sed potius ita convenit toti Collectioni, ut conveniat singulis partibus singillatim, & secundum se sumptis.

E contra non valet Argumentatio, & Ascensus distributivus ad terminum communem in suppositione Collectiva acceptum, quando illatio fit sub tali prædicato, quod crescentibus partibus Collectionis decrescit, minuitur, & tollitur, seu, quod ita convenit termino Comuni collectivè accepto, ut non conveniat singulis illius partibus. Et sic non valet hæc consequentia.

*Singuli Milites non sunt exercitus. Ergo nec collectio magna militum est exercitus.* Prædicatum enim exercitus ita convenit termino communi collectivè sumpto, scilicet subjecto consequentis, ut hoc prædicatum minuatur, & tollatur, nec possit convenire singulis partibus, hoc est, singulis Militibus.

Adverto. Argumentationem à sensu distributivo ad Collectivum, dum hæc valet, non esse propriè Ascensum. Quia per talem Illationem terminus collectivè sumptus non exponitur, ea ratione, quæ exponi debet, sed esse illationem unius veritatis connexæ ex alia. Ex enumeratione enim

101.

A sensu distributivo ad collectivum ordinariè non valet. Valet tamen aliquando ascen-

tus. Regula pro hoc dignoscendo statuitur.

Qualis hic est Ascensus ?

enim distributiva inferiorum Ex. gr. *Et hic miles, & ille miles, & alius miles, & sic de cæteris militibus exercitiis A, est inermis* per Ascensum proprie talem inferenda est immediate hæc universalis: *Ergo omnis Miles exercitiis A, est inermis.* Ex qua ulterius universali, bene inferitur hæc propositio de subiecto collectivè supponente. *Ergo totus exercitus A, est inermis.*

Ut plenior resolutio habeatur Quæsti illius: Qualis Ascensus, vel descensus, ad quem, & à quo termino communi valeat, ac debeat institui?

102.

Noto imò De Descensu à prædicato Communi propositionis Universalis affirmativæ, quomodo hic instituti debeat, non convenire inter Authores. Plisquirdo censet descensum hunc debere fieri per distributionem accomodatam, inferiora subiecti universalis enumerando sub particula Copulativa &, de illiusque affirmando aliud & aliud inferioris prædicati communis, hac v. g. ratione; *Omnis homo est Animal. Ergo Petrus, est hoc determinate Animal & Paulus, est illud animal, & Joannes est aliud animal,* Et sic deinceps de singulis hominibus affirmando singula Animalia, unum quoque animal de illo homine cui defacto identificatur.

Descensus à prædicato communi propositionis universalis affirmativæ, quomodo instituitur?

Alij Communius dicunt Descensum hunc à prædicato communi propositionis universalis affirmativæ instituendum esse per sufficientem in consequenti enumerationem inferiorum sub particula disjunctiva sic v. g. *Omnis homo est Animal, Ergo omnis homo est vel hoc, vel illud, vel aliud &c. Animal.* Talem & ego conformiter ad dicta superius descensum institui debere censeo ad occurrendum tamen aliquibus impugnationibus existimo duos tunc coniungendos esse descensus, unum distributivum à subiecto Communi universali, alterum disjunctivum à prædicato communi. In hunc ex. gr. *Omnis homo est Animal, Ergo & Petrus est hoc, aut illud, aut aliud Animal, & Paulus est aut hoc, aut illud, aut aliud animal, & Joanne. similiter & sic de cæteris.*

Noto

Noto 2dò. Descensum negativum distributivum non posse aliquando fieri à termino communi negativo absque eo, quòd huic descensui conjungatur descensus disjunctivus negativus ab eodem Terminò. Et sic ab hac propositione negativa: *Nulius calamus est necessarius ad scribendum*; debet fieri duplex descensus negativus, unus distributivus, alter disjunctivus in hunc v.g. modum: *Ergo nec calamus A, nec calamus B, nec calamus C, & sic de cæteris: nec vel calamus A, vel calamus B, vel calamus C, &c. est necessarius ad scribendum*. Si enim solus descensus distributivus fieret hoc ex. gr. modo: *Ergo nec calamus A, nec calamus B, nec calamus C, & sic de aliis similiter distributivè enumeratis, est necessarius ad scribendum*: fallum esset talis Argumentationis Antecedens, jam autem consequens esset verum. Falsum enim est, *Nullum calamum esse necessarium ad scribendum*; verum autem est, *nec calamum A, nec calamum B, nec calamum C, & sic de aliis similiter enumeratis esse necessarium ad scribendum*. Cùm tamen in omni descensu legitimo (quod diligenter observari volo) si verum est antecedens, etiam consequens debeat esse verum. E contra, si duplex, ut dictum est, instituitur descensus, nimirum & distributivus, & disjunctivus: & Antecedens, & consequens est falsum.

Ratio ulterior doctrinæ allatæ est. Quia cùm negatio sit malignantis naturæ, totumque destruat quidquid post se invenit, ut dictum est numero 82; non satis est, quòd unum neget de alio, certo aliquo modo, accepto: sed debet illud negare de alio, quocunque demum modo accipiatur illud aliud. Ergo & in hac propositione: *Nulius calamus est necessarius ad scribendum*, negatio negat esse necessari de omni calamo sive determinatè, sive indeterminatè accepto; adeoque de omni calamo tam distributivè, quàm disjunctivè sumpto. Ergo ulterius ab illa propositione: *Nullus calamus est necessarius ad scribendum*, descensus ita debet fieri, ut prædicatum necessari ad scribendum, negetur tam de calamis distributivè acceptis, quàm de calamis acceptis disjunctivè; maxime

103  
Descensus negativus distributivus debet aliquando conjungi cum descensu disjunctivo.

Ratio ex illo axiomatico, negatio est malignantis naturæ.

maximè cum uterque hic Descensus necessarius sit, ut & Antecedens, & consequens Descensus sit falsum.

104  
Non debent  
semper conjungi  
hi duo descen-  
sus.

Addidi Descensum distributivum negativum non posse aliquando fieri, nisi ei adjungatur descensus disjunctivus. Id enim non semper requiritur, sed non nisi tunc, cum descensus est faciendus à termino communi negativo, qui in propositione contradictoria affirmativa, sumptus affirmativè, debet habere suppositionem particularem indeterminatam, qualem suppositionem habet terminus *aliquis calamus*, in propositione: *Aliquis calamus est necessarius ad scribendum*; quæ est contradictoria illius universalis negativæ: *Nullus calamus est necessarius ad scribendum*. Quòd si propositionis particularis affirmativa subjectum commune habeat suppositionem particularem determinatam, à contradictoria illius universali negativa, descensus à subjecto non debet fieri nisi distributivus negativus. Disjunctivus enim Descensus præterquam quòd inutiliter adderetur, esset insuper de subjecto non supponente. Et sic quia propositionis hujus: *Aliquis homo currit*: Subjectum habet suppositionem particularem determinatam, à Contradictoria ipsius hac: *Nullus homo currit*, Descensus non debet esse nisi distributivus subjecti, hoc modo: *Ergo nec Petrus, nec Paulus, nec Andreas, & sic de aliis, currit*. Inutiliter enim adderetur descensus disjunctivus, & esset de subjecto non supponente: supponeretur enim, quòd ex individuis hominis posset aliquid indeterminatè currere, nullo determinato individuo currente, quòd suppositum est falsum.

105  
Descensus à  
subjecto sup-  
positionis in-  
determinatæ,  
quomodo in-  
stituendus?

Noto 3<sup>o</sup>. Qualis Descensus debeat fieri à subjecto communi habente suppositionem particularem indeterminatam; colligi potest ex dictis numero 110. Hic insuper addo, descensum indeterminatum affirmativum instituendum esse, ut habes in sequenti exemplo: *Aliquis calamus est necessarius ad scribendum*. Ergo vel calamus A, vel calamus B, vel calamus C, & sic de cæteris, vel aliquis ex ipsis indeterminatè est necessarius ad scribendum.

Noto

106.  
 Descensus à prædicato in-  
 finitante  
 partim affir-  
 mativus par-  
 tim negativus

Noto 4to Descensus à prædicato infinitante factò ex termino finito Comuni debere esse partim distributivum Negativum, partim affirmativum disjunctivum. Cum enim propositio de tali prædicato sit partim affirmativa, partim Negativa, æquivalcatque, propositionibus, uni affirmativæ, alteri Negativæ juxta dicta Numero 4o descensus à prædicato infinitante talis esse debet, qualis descensus debet esse à prædicatis propositionum affirmativæ, & Negativæ, exponentium propositionem de prædicato infinitante Atqui descensus à prædicatis propositionum affirmativæ, & negativæ exponentium propositionem de prædicato infinitante debet esse duplex descensus, nimirum à prædicato propositionis negativæ debet esse descensus distributivus Negativus; à prædicato verò propositionis affirmativæ debet esse descensus disjunctivus affirmativus. Et sic ab hac propositione: *Petrus est non lapis* debet fieri duplex descensus, Unus negativus: *Homo neque est Adamus, neque chrysolitus, neque Amethystus, neque Marmor, neque lapis vulgaris, neque alius alterius speciei lapis.* Alter affirmativus disjunctivus; *Idem homo est vel alia substantia manmata, vel substantia animata, eaque vel insensitiva, vel sensitiva, vel rationalis, vel irrationalis.*

Hanc doctrinam restringendam esse ad terminos infinitantes factos ex finitis non transcendentibus, & negatione ipsius præfixa, censebit ille qui existimat terminos transcendentis si infinitentur esse pure negativos, & propositionem de tali prædicato esse pure negativam vg. Propositionem *Petrus est non ens* esse pure Negativam, & æquivalere huic præcise propositioni negativæ *Petrus non est ens.* Verùm etiam ad hos terminos infinitantes, data doctrina videtur esse extendenda, non hoc sensu, quòd de subjecto, de quo dicitur terminus infinitans factus ex transcendente, possit aliquid affirmari, cui conveniat esse verum reale. Sed quia de tali subjecto potest affirmari, vel esse Negationis, seu privationis, vel esse Chimæræ. Et sic hæc Propositio: *Tenebra, & al-*

etiam tunc  
 dum termini  
 transcenden-  
 tes infinitantur

ter DEUS sunt non ens, æquivalet ipsis propositionibus *Tenebra, alter DEUS, non sunt Ens. Sunt autem vel Negatio aliqua, seu privatio, vel Impossibile, vel unum hoc alterum illud.* Debere autem terminos infinitantes factos ex finitis transcendentibus, sic extendi, hinc est, Quia etiam termini infinitantes facti ex finitis non transcendentibus, debent extendi ad significandas privationes &c. ut patet in hac propositione: *Tenebrae sunt non homo*, quæ nisi de *tenebris* ita neget *hominem* ut sub disjunctione affirmet non solum Entia realia, sed etiam negationes, & privationes, vera esse non potest, quæ tamen habetur pro vera. Ut enim sit vera propositio Complexa copulativa, debent esse veræ omnes propositiones simplices quas Complectitur sed propositio habens prædicatum infinitans factum ex finito non transcendente v.g. hæc: *Tenebrae sunt non homo*, est propositio complexa Copulativa Complectens propositionem simplicem negativam hanc: *Tenebrae sunt non homo*, Et alteram affirmativam: *Tenebrae sunt aliquid diversum ab homine*. Ergo ut propositio illa de prædicato infinitante: *Tenebrae sunt non homo*, sit vera debet utraque propositio simplex quam complectitur esse vera. Sed non est vera affirmativa illa: *Tenebrae sunt aliquid diversum ab homine*, si de tenebris sub disjunctione affirmat solum quid reale oppositum Negationibus, diversum ab homine. Ergo ut sit vera debet sub disjunctione affirmare etiam Negationes, & privationes de tenebris. Quo evicto non apparet, cur de subjectis de quibus affirmantur termini infinitantes facti ex finitis transcendentibus, de iisdem subjectis, non affirmantur sub disjunctione Negationes, privationes & Chimæras.





## PUNCTUM II.

### *De reliquis terminorum proprietatibus.*

Ultra illas proprietates de quibus duplici puncto præcedente egimus, restant adhuc considerandæ reliquæ proprietates, quales aliqui Philosophi quinque, alij sex numerant. Sunt verò: Status, Ampliatio, Restrictio, Diminutio, Alienatio, & appellatio.

Status est acceptio termini in aliqua propositione, ita ut con-  
significet illud tempus, quod per Copulam propositionis im-  
portatur, & indicatur. Ut cum Dico: *Petrus scribit* Ly scri-  
*bit* habet proprietatem statûs, con-<sup>rog.</sup>significat enim tempus præ-  
sens, quod per Copulam in hoc ipso verbo contentam, si-  
gnificatur, Ly enim *scribit* in hac propositione habet & ra-  
tionem copulæ. Quid est status

Status potest trifariam dividi ratione triplicis differen-  
tiæ temporis præsentis, præteriti, & futuri. Imo cum futu-  
rum aliud sit absolutè futurum, aliud conditionatè futurum,  
juxta celebrem, & usitatam in scholis divisionem futuri, sta-  
tus respondens tempori futuro, potest dividi in statum rei  
absolutè futuræ, & in statum rei conditionatè futuræ. Exem-  
pla statûs secundùm omnes suas differentias habes in sequen-  
tibus propositionibus *Petrus scribit, Petrus scripsit, Petrus*  
*cribet, Petrus scriberet si.* Quot duplex

Ampliatio est acceptio termini cum extensione ad si-  
gnificandum omne tempus, & non solum ad significandum  
illud tempus, quod videtur importari per Copulam propo-  
sitionis. Vel certè cum extensione ad significandum tempus  
diversum ab eo, quod connotatur per alium terminum ejus-  
dem propositionis. Unde duplex est species ampliacionis <sup>rog.</sup>  
prioris, quæ se extendit ad significandum omne tempus. Quot duplex?  
Cujus exemplum habes in hac propositione: *Homo est Ani-*  
*mal rationale,* in qua termini extenduntur ad significandum  
omne omne

omne tempus, & non solum illud, quod videtur significari per Copulam, sensus enim adductæ propositionis hic est: *Homo quando cunque existit, existit vel existet, semper existit, vel existet Animal Rationale.*

Altera species Ampliationis est, Ratione cujus, terminus extendit se ad significandum diversum tempus, & non illud, quod significatur, vel significari debet per alium diversum ejusdem propositionis terminum. Hujus speciei exempla habes in illis Sancti Evangelij propositionibus: *Cæci vident, surdi audiunt, claudi ambulant &c.* In quibus verba *vident, audiunt, ambulant* diversa tempora significant, & non illa, quæ con significant subjecta earundem propositionum *Cæci, surdi, claudi*, sensus enim illarum propositionum est: *Qui ante erant cæci, surdi, claudi, nunc sublata cæcitate, surditate, & pedum infirmitate, vident, audiunt, & ambulant.*

IIIO.  
quid restrictio

Restrictio est contractio & Coarctatio termini à Majori significatione ad minorem. Talis Restrictio est, dum dico, *Petrus est homo doctus.* In hac enim propositione terminus *homo*, à majori significatione, ratione cujus significat æqualiter *doctum*, ac indoctum per additum *Ly doctus* restringitur ad minorem significationem.

quid diminutio

Cum hac Proprietate putant aliqui, illam coincidere quæ dicitur diminutio, quæ tunc est quando terminus qui secundum se significat rem aliquam simpliciter, & absolute talem, per additum quodpiam ita contrahitur, ut significet rem secundum quid talem. Talis diminutio habetur si quis dicat: *Athiops est albus secundum dentes*, in qua propositione predicatum *Albus* per additum, *secundum dentes*, contrahitur ut non significet *Athiopem esse album* simpliciter, sed solum significet esse *album* secundum quid, & simpliciter *nigrum*.

III.  
per quod differat a Restrictione?

Diminutio nihilominus videtur differre à restrictione per hoc, quod à termino restricto valeat consequentia ad irrestrictum. Et sic valet hæc consequentia: *Petrus est homo doctus: Ergo est homo.* hæc item: *Est Animal Rationale*

Ergo

*Ergo est homo* Iam autem à termino diminuto non valet consequentia ad terminum non diminutum, ab esse secundum quid, ad esse simpliciter. Et sic non bene inferes *Aethiops est Albus secundum dentes Ergo est Albus simpliciter Est homo pictus. Ergo est homo.* Additum enim diminuens deicit de propria significatione terminum cui apponitur.

Alienatio est Acceptio termini pro eo, quod nonnisi 112. improprie significat ut cum dico *In moneta est facies Regis* quid alienatio *Ly facies Regis* accipitur cum alienatione & significatione impropria. *Facies* enim improprie significat imaginem in moneta expressam. Proprie autem significat ipsum prototypum talis Imaginis, nimirum *vultum regis* qui est pars præcipua Corporis regis.

Appellatio est adjunctio alicujus termini ad alterum, 113. ita ut terminus adjunctus faciat, illi termino, cui adjungitur, quid appellatio competere novam Denominationem. Ut cum dico: *Petrus Logicus est Philosophus* *Ly Philosophus est* talis terminus qui *Petro*, præter denominationem *Logici* quæ venit ex parte subjecti, facit conyenire novam denominationem. Appellatio hæc alia est Materialis alia formalis. Appellatio Materialis est adjunctio termini qui facit cadere novam denominationem, supra Materiam seu subjectum alterius Denominationis. Talis appellatio est dum dicitur *Petrus Logicus est Musicus* Denominatio enim Musici posita in prædicato, cadit solum supra materiam & subjectum alterius denominationis, scilicet supra Entitatem Petri, non verò supra totam alteram denominationem convenientem Petro, nimirum non supra denominationem *Logici*. Appellatio formalis est adjunctio termini, qui facit novam denominationem cadere supra totam alteram denominationem, adeoque etiam super formam alterius hujus denominationis. Talis appellatio est cum dico: *Petrus Logicus est Philosophus* Denominatio enim *Philosophi* cadit non supra Entitatem *Petri* præcise, quæ est subjectum alterius Denominationis convenientis *Petro* id. cadit.

Quotuplex

cadit etiam supra formam alterius denominationis, à qua *Petrus* habet, quòd sit *Logicus*. Siquidem *Petrus* ratione scientiæ *Logicæ* est *Philosophus*. Similiter cum Dico: *Parietis Albus*, est *disgregativus visû*. Denominatio *Disgregativi visû* non cadit supra Entitatem *parietis*, quæ est subjectum denominationis *parietis albus*, sed cadit etiam supra formam, nimirum supra *albedinem*, ratione cujus *parietis* habet, quòd sit *disgregativus visû*.

174.  
In Omni denominatione debet esse subjectum & forma

Nota hic breviter In omni denominatione propriè dicta, intervenire duo, Unum quod se habet per modum Materix subjecti, Estq; res illa, supra quam cadit denominatio. Alterum quod se habet per modum formæ, estq; id, quod denominat, seu tribuit denominationem subjecto. Et sic in hac Denominatione, *Parietis albus* duo sunt, sine quibus non haberetur nec intelligitur esse hæc Denominatio, nimirum hæc duo sunt: *paries*, & *albedo*. *Parietis* habet se per modum subjecti, Est enim id supra quod cadit denominatio, *albi Albedo* est forma denominans *parietem*, eique tribuens denominationem *albi*.

## DISPUTATIO II.

### De secunda operatione Intellectûs

PER secundam Intellectûs operationem intelligitur Actus ille Potentiæ Intellectivæ, per quem hæc judicat de objecto per primam operationem præcognito, de eoque aliquid affirmat, vel negat. Secunda v.g. Operatio Intellectûs est, si de *DEO* per primam apprehensionem præcognito affirmo: *Quòd DEUS sit unus in essentia, quòd sit trinus in Personis, quòd sit omnipotens, summa bonitas*, aliaque prædicata per primam operationem pariter præcognita. Dum item nego *Deum esse Corporeum, finitum &c.*

Opera-

Operatio hæc Intellectûs plures habet Denominatio. Dicitur iudiciû  
 nes, dicitur imprimis Iudicium ex eo quòd per secundam o  
 perationem Intellectus iudicat, quale nam sit objectum, quod dicitur Enun-  
 cognoscit. 2do dicitur enunciatio, Quia aliquid enunciat de Affirmatio vel  
 objecto. 3tio dicitur affirmatio, vel Negatio, omnis enim 2da Negatio  
 operatio affirmat, vel negat prædicatum inesse subjecto. 4to Compositio vel  
 dicitur Compositio & divisio; affirmare enim prædicatum de divisio  
 subjecto, est hæc intentionaliter componere, negare autem  
 prædicare de subjecto est hæc Intentionaliter disjungere, & di-  
 videre. Dicitur 5to Assensus, vel dissensus. Affirmare  
 enim prædicatum de subjecto, est formaliter assentiri identitati Assensus vel  
 prædicati cum subjecto. Negare autem prædicatum de sub- dissensus  
 jectio est dissentiri identitati prædicati cum subjecto.

Negant aliqui Assensum, dissensum, esse secundam Intellectûs  
 operationem ex his Rationibus. 1mo. Quia Assensus non est  
 affirmatio, nec dissensus est Negatio. Multæ enim sunt affir-  
 mationes, quæ non merentur assensum, & quibus non assen-  
 timur, multæ etiam sunt propositiones Negativæ, quæ non  
 merentur dissensum, & quibus assentimur. 2do Quia pro-  
 positiones affirmativæ, & Negativæ sunt objectum Assensus &  
 dissensus, imo & consequentiæ bona, vel mala est pariter o-  
 bjectum assensus, & dissensus. Contra hos:

Respondeo, & dico Immeritò Negari Assensum & Assensus &  
 dissensum, esse secundam operationem Intellectûs. Aut dissensus  
 enim omnis Affirmatio est Assensus, omnis Negatio est dissen- sunt 2da ope-  
 sus. Assensus inquam, vel dissensus identitati prædicati cum ratio Intel-  
 subjecto, Et hoc ipso assensus, & dissensus, æque latè parent lectûs  
 atque affirmatio & Negatio, adeoque atque 2da Intellectûs  
 operatio, quæ se non extendit, ultra affirmationem prædicati  
 de subjecto, vel negationem unius de alio. Aut assensus  
 [quod videntur oppositi velle] est affirmatio, & enunciatio  
 reflexa, de aliqua propositione quòd sit vera. Dissensus ve-  
 ro est Negatio, & enunciatio reflexa de aliqua propositione  
 quòd sit vera. Et hoc ipso negare assensum, & dissensum  
 esse.

esse operationem 2dam est negare aliquam affirmationem & Negationem reflexam Enunciationem, item reflexam esse 2dā Intellectūs operationem, adeoque est negare de ratione specifica, Rationem genericam quod toti Philosophiæ repugnat

Solvuntur obje-  
ctiones

Rationes in contra allatæ non subsistunt. Non subsistit *ima* Etiam si enim multa affirmantur, quæ non merentur affirmationem, ut cum de subjecto affirmatur prædicatum non conveniens, aut etiam repugnans eidem. Etiam si item multa negentur, quæ non merentur negationem, ut cum negatur prædicatum, quod est de essentia subjecti, tamen non propterea affirmatio & negatio excludenda sunt à ratione 2dæ operationis Intellectūs; pariter etiam si per propositionē affirmativam affirmantur illa, quæ non merentur assensum, & per propositionem negativam negentur illa, quæ merentur assensum, & non dissensum, tamen non propter hoc Assensus, & dissensus excludi debent à ratione 2dæ operationis Intellectūs.

Ad id quod additur. Assentimur multis propositionibus Negativis, dissentimur multis propositionibus affirmativis. Respondeo cum Distinctione: Assentimur multis propositionibus Negativis per Enunciationem reflexam, quod tales propositiones sint veræ. Concedo. Assentimur multis propositionibus negativis, per directam enunciationem, quod prædicatum propositionis negativæ conveniat subjecto, subdistingvo. uno eodemque tempore, quo elicitur propositio negativa Nego. alio diverso tempore Concedo, vel omitto, sed hinc nihil rectè inferri potest contra meam doctrinam, totumque hoc dici debet de affirmatione, & Negatione reflexa quod dicitur ab Adversario de Assensu, & dissensu. Ad 2dam Rationem Respondeo. Transito Antecedente, Nego Consequentiam, quæ inferri deberet, Et dicit Etiam propositiones affirmativas, & negativas esse objectum aliarum propositionum affirmatarum, vel negativarum non minus atque sunt objectum assensus, vel dissensus, Ergo sicut non bene inferretur

inferretur aliquam propositionem non esse 2dam Intellectus operationem, ex ea ratione, quòd illius objectum sit alia quam propositio; Ita non rectè inferitur Assensum, & dissensum non esse 2dam operationem, ex eo, quòd illius objectum sit propositio.

Illud adverto: Non omnis Assensus, & dissensus, propositionem esse objectum, sed solum assensus reflexi quò enuntiatur de propositione aliquod prædicatum, potissimum verò quòd propositio sit vera, vel non sit vera. Assensus alius est directus, alius reflexus. Caterum præter talem assensum & dissensum [ nisi de voce litteram movere velis ] datur assensus Intellectus identitati extremorum propositionis, datur item dissensus, per quem Intellectus dissentitur identitati extremorum. Qui ipsi Assensus, & dissensus, sunt affirmatio, & Negatio prædicati de subjecto; talisque assensus, non habet pro objecto propositionem formalem.

Consequentia etiam bona, vel mala, eo modo est objectum assensus, & dissensus, quo modo eadem potest, & solet esse objectum propositionis enuntiantis consequentiam esse rectam, vel non rectam. Hæc occasionaliter, ut satisfaceret rationibus hanc meam doctrinam directè petentibus; de Assensu, & dissensu, dicta sufficiant.

Tandem 2da Mentis nostræ operatio dicitur: *Propositio*, & ex eo, quòd per illam intellectui proponatur formaliter aliqua veritas. Sub hac propositionis appellatione agemus de 2da operatione intellectus, institutis tribus questionibus; quarum prima examinabit: Quid sit propositio? 2da, Quotuplex propositio? 2da Intellectus Operatio dicitur etiam propositio

3tia, Quæ proprietates propositionis?

## Q U Æ S T I O I.

### *Quid sit Propositio?*

Quæstio hæc duplicem sensum habet: *imo*: Quid sit definitivè propositio, & quoad suum Conceptum Metaphysicum, per quem explicanda est? *2do* Quid sit propositio, quoad suas partes, quibus Constituitur?

## QUANTUM Ad unum.

**R**eperiuntur aliquæ definitiones propositionis, in diversis libris Aristotelis. Lib. 1 Perihermenias cap. 4 sic definit propositionem: *Est oratio, in qua verum vel falsum est.* Iam verò Priorum cap. 1: per hoc propositionem definit, quòd sit *oratio affirmativa vel negativa alicujus de aliquo.* Utraque allata definitio habet illam bonæ Definitionis virtutem, quòd conveniat omni, & soli Propositioni. In utraque tamen ab aliquibus illud notatur, quòd utraque propositionem potiùs dividat in suas species per particulam disjunctivam *vel*, non verò explicet Naturam propositionis, omnibus his speciebus communem.

Potiùs ergo propositio per hoc est definienda: Quòd sit *Oratio enuntians unum de alio.* Explicatur definitio. Dicitur *Oratio*; quo nomine Aristoteles intelligit vocem significativam ad placitum, cujus pars significat aliquid. Ab alii: Nomine orationis intelligitur non solum vox exterior, sensu Auditùs perceptibilis, sed etiam conceptus intellectùs, representans plura simul, quæ seorsim representari poterant. Seu conceptus unus æquivalens pluribus conceptibus, representantibus divisim aliqua objecta. Dicitur: *Oratio enuntians*: hoc est, eum tendendi modum in objectum habens, ut de illo aliquid judicet, sive per affirmationem, sive per Negationem. *Enuntiare* enim est terminus universalior, complectens tam affirmationem, quàm negationem, & utrique conveniens. Dicitur tandem: *Enuntians unum de alio*: ubi per *unum & alium* non sunt intelligenda objecta, quæ sint realiter distincta, sed intelligi debent, unum & aliud, distincta quoad voces, quibus significantur; quoad denominationes quibus denominantur; distincta item ex modo nostro concipiendi, & quoad conceptus, quibus res una diversimodè concipi potest. Subinde tamen *unum & aliud* quæ de se enuntiantur, possunt esse distincta realiter, ut contingit in propositionibus Negativis

Y.  
quomodo definiatur propositio!

Explicatur definitio.



Negativis veris, & Affirmativis falsis.

Bonitas Definitionis probatur *1<sup>mo</sup>*. Quia convenit omni, & soli definito, hoc est, omni, & soli Propositioni. Convenit *Omni*. Convenit enim tam propositioni veræ, quàm falsæ. Utraque enim illarum enuntiat aliquid de subjecto; licet una conformiter ad objectum, altera difformiter. Convenit item propositioni tam Affirmativæ, quàm Negativæ. Ly enim *enuntiat* non sumitur pro eodem, quòd affirmat; sed prout Ly *Enuntiat* est commune tam affirmationi, quàm negationi; ita ut & Propositio affirmans, & negans prædicatum de subjecto, censeatur enuntiare aliquid de alio. Et prout enuntiat, idem est, quòd judicat; ut dixi, Num. 1. Convenit præterea hæc Definitio quibuscunque speciebus propositionis. Nulla enim species potest assignari, cui non conveniat. Quòd verò soli Propositioni eadem definitio conveniat, hinc est; quia nihil potest ostendi, cui præterea conveniat, & quòd non sit propositio?

27  
Bonitas defini-  
tionis pro-  
batur

*2<sup>do</sup>* probatur. Quia hæc definitio constat genere proximo, & differentia ultima. Genus proximum est Ly *Oratio*; hoc enim prædicatum ita convenit propositioni, ut sit eidem commune cum alijs. Nam esse Orationem, convenit etiam terminis Complexis, Interrogationibus, & similibus. Unde etiam hæc, dicuntur *Orationes imperfectæ*; cùm propositio dicatur: *Oratio perfecta*. Differentia ultima, in hac definitione est Ly *enuntians unum de alio*. Per hoc enim prædicatū, propositio differt à termino Complexo, per quem non enuntiat quidquam de alio; differt item ab interrogacionibus, per quas intellectus hæret dubius, nec quidquam judicat, seu enuntiat de Objecto.

37  
probatur *2<sup>do</sup>*

QUANTUM Ad *2<sup>dum</sup>*

Quæ sint constitutiva, & partes propositionis, colligi facile potest ex dictis Disp. precedente, Num. 5. scilicet, partes propositionis sunt: Subjectum, Prædicatum, & Copula. Subjectum & prædicatum dicuntur: *partes ut quod*

Subiectum &  
Prædicatum  
sunt partes ut  
quod proposi-  
tionis.  
Copula est  
pars ut quo

propositionis. Copula dicitur *pars ut quo*. Porro illæ partes censentur esse *partes ut quod* alicujus totius, in quas tanquam in sua extrema resolvitur idem totum, & de quibus verum, est dicere, quod sint id quod constituit & componit totum. Illa verò pars, censetur esse *pars ut quo*, in quam non resolvitur totum, & quæ perit in resolutione totius imò per illius destructionem, & definitionem fit ipsa resolutio totius. Seu *pars ut quo*, est nexus *partium ut quod*, & ratio formalis, per quam ultimò determinantur *partes ut quod*, ad constituendum totum. Cùm ergo subiectum & prædicatum propositionis, habeant se tanquam extrema, in quæ resolvitur propositio, sintque id quod constituit, & componit propositionis subiectum, & prædicatum, sunt *partes ut quod* propositionis. Copula verò cum sit talis pars propositionis, in quâ non resolvitur propositio, & quæ non manet in resolutione propositionis, sed potius per destructionem, & distinctionem Copulæ, resolvitur propositio: cùm præterea copula sit nexus extremorum propositionis, & ratio formalis determinans subiectum, & prædicatum, ut actu constituent propositionem, copula est *pars ut quo* propositionis.

*Nota* partes præfatas in propositionibus vocalibus & scriptis distingvi à se realiter. In mentalibus propositionibus, si propositio Mentalis est unicus indivisibilis actus [ ut multi Philosophorum opinantur, ) distingvuntur nonnisi per rationem.

Aristoteles 3. *Rhetoricorum*, & cum eo plerique alij, partes orationis, & propositionis; easque præcipuas, existimant esse *Nomen & verbum*.

5.  
Quid est no-  
men Philoso-  
phicè acce-  
ptum?

Porro *Nomen* definiunt aliqui esse vocem declinatam per casus. Idem *Nomen* Philosophicè acceptum definitur ab Aristotele, esse *vox significativa ad placitum sine tempore, finita, recta, cujus nulla pars significat separata*. In hac Definitione dicitur imprimis *vox significativa ad placitum*, ut à Ratione nominis excludantur voces brutorum, voces item non

articu-

articulate hominum, ut *gemitus*, *cachinni*, ac similes voces non significativæ. Dicitur *fixæ tempore*, ut vox, quæ est nomen, non significet actuale exercitium tēporis nec actionē affixam tēpori cum copula conjunctam, in una dictione; hoc enim (ut dicitur proximè inferiùs) est proprium verbi. Potest tamen nomen aliò diversò modò significare; & connotare tempus, prout illud significant, & connotant: *Annus*, *dies*, *hora*, *meridies*, *prandium*, *cena*, *jentaculum* &c. Dicitur *finita*, ad excludendos terminos infinitantes, quales sunt: *non homo*, *non Leo*, *non lapis*, &c. qui termini etiamsi sint nomina, prout nomen accipitur à Grammaticis, non sunt tamen nomina secundùm Philosophicam acceptionem nominis, secundùm quam nomen significat certum determinatum genus, aut speciem, aut individuum. Dicitur *recta* ad excludendos casus obliquos, qui sicut non sunt, nec possunt esse, terminus propositionis, nisi sumantur materialiter, & subintellecto etiam tunc casu recto v.g. *hec vox*, ita à Philosophis excluduntur à ratione nominis. Tandem dicitur: *Cujus nulla pars significat separata*, ad excludendos terminos complexos, qui Philosophicè non sunt nomen, sed potiùs complexum nominum.

Explicatur definitio nominis

*Verbum* definiunt aliqui cum Hurtado, & Arriaga, per hoc, quòd sit vox conjugata per Modos & tempora. Aristoteles *verbum* definit: *Est vox significativa ad placitum cum tempore, finita, estque semper nota eorum, qua de altero enuntiantur*. Multæ particulæ hujus definitionis perspicuæ, satis claræ sunt, ex data explicatione superioris definitionis. Aliquas proinde non nisi explico, quæ aliquâ egent expositione, & declaratione. Dicitur: *vox significativa cum tempore*; hoc est, vox illa, quæ est *verbum* debet significare exercitium actuale durationis in tempore, vel actionis affixæ, & alligatæ certo tempori, conjunctum in unam dictionem cum copula imò & cum uno termino propositionis. v.g. verba sunt *scribo*, *scribam*, *scripsi*. Hæ enim voces, significant exercitium actionis affixæ certo, & determinato tempori. *Scribo*

6.  
Quid verbum  
itidem Philo-  
sophicè acce-  
ptum

Explicatur de  
finitio Verbi.

significat actionem formativam characterum affixam tempori præfenti. *Scribam* significat eadem actionem affixam tempori futuro. *Scripti* significat hanc ipsam actionem affixam tempori præterito omnesque hæ voces significant copulam propositionis, ac etiã unum terminum ejusdem in se inclusum.

Dicitur  *finita*. Infinitivos enim modos Philosophus excludit à ratione verbi, sicut à ratione nominis excludit terminos infinitantes. Dicitur: *Estque semper nota eorum, que de altero enuntiantur*. Verbum enim, si non accipiatur materialiter, sed exerceat rationem verbi, semper est vel copula nectens extrema propositionis, vel imbitur, & includit in se rationem copulæ, adeoque verbum est signum, seu nota, quoddam unum enuntietur de altero. Et per hoc, verbum differt à quibusdam nominibus, significantibus, seu connotantibus tempus, hæc enim ratione sui, non sunt nota exercitæ actualis enuntiationis unius de alio. Hinc etiam habetur ratio, quare Modi Infinitivi non sint verbum? Quia non sunt nota enuntiationis prædicati, de subjecto.

## QUÆSTIO II.

### *Quotuplex sit Propositio?*

Sicut terminorum, ita & propositionis, plures sunt divisiones, in varias, & diversas species. In his explicandis, ut ordinatè procedatur; omnes hæ divisiones ad certas classes revocabuntur. Ima classis continebit divisiones propositionis tum ratione materiæ, tum ratione formæ. 2da classis divisiones propositionis ratione Quantitatis & Qualitatis. 3tia definitionem & divisionem præcipuas propositionis species. De his omnibus eodem ordine agemus Puncto triplici.

### PUNCTUM I.

Quotuplex sit Propositio ratione Materiæ & formæ? Antequam proponã Divisiones Propositionis, ratione Materiæ & formæ.  
Præ-

**P**ræmitto, & suppono *1mo*. Per Materiam propositionis intelligi communiter à Philosophis connexionem, aut disconnexionem prædicati cum subjecto, ejusque Modum. Unde in tali Materia dicitur esse propositio, qualem connexionem, vel disconnexionem habet prædicatum cum subjecto. Si habet connexionem Necessariam propositio, censetur esse in Materia Necessaria; si contingentem, propositio est in Materia contingente. Si connexio prædicati cum subjecto est impossibilis, Propositio est in Materia impossibili. Eodem modo discurre debet de disconnexione prædicati cum subjecto.

7.  
Per materiã propositionis quid intelligatur?

Præmitto, & suppono *2do* Per formã propositionis intelligi Enuntiationem & modum, quò prædicatum enuntiat de subjecto. Sicut enim in toto physico, pars illa quæ determinat alteram partem, nimirum Materiam, ad constituendum certum in specie totum, est forma illius totius, ita & in propositione, ratio illa, quæ determinat Materiam ejusdem ad constituendam hanc vel illam in specie propositionem, est forma propositionis. Sed enuntiatio ratione cujus prædicatum enuntiat de subjecto, Modusquè hujus Enuntiationis, determinant Materiam propositionis ad hanc, vel illam in specie propositionem, nimirum ad speciem propositionis affirmativæ, vel negativæ, absolutæ vel conditionatæ de in esse, vel modalis, &c. Ergo &c. His præmissis

8.  
Quid per formam ejusdem

### Ratione Materiæ

Dividitur Propositio in propositionem in Materia Necessaria, in Propositionem in Materia Impossibili, & in Propositionem in materia contingente.

9.

Propositio in Materia Necessaria est, in qua prædicatum est necessariò connexum vel disconnexum cum subjecto, seu est illa propositio in qua prædicatum necessariò, convenit, vel non convenit subjecto. Quia verò prædicatum potest convenire subjecto, necessariò vel Necessitate Meta-

Propositio in Materia Necessaria quæ est?

physica.

Quotuplex?

physica, hoc est taliter, ut nec de potentia absoluta DEI possit non convenire; vel necessitate physica, quæ tunc est, quando prædicatum ita convenit subjecto, ut naturaliter non possit non convenire, etiamsi per miraculum possit non convenire; vel necessitate Morali quando nimirum prædicatum ita convenit subjecto, ut non sit prudenter sperabile oppositum. Ideo propositio in Materia Necessaria, subdividitur in propositionem in Materia necessaria Metaphysicè, qualis est hæc propositio: *Petrus est homo*. In propositionem in Materia Necessaria physicè, qualis ex: gr. est illa propositio *Sol movetur*: non enim est possibile naturaliter, ipsum non moveri. Et in propositionem in Materia Necessaria moraliter, qualis est hæc: *Mater diligit filium suum infantulum*. Non est enim prudenter sperabile, ut illum non diligit.

10.

Quæ propositio in Materia impossibili?

Propositio in Materia Impossibili est illa, inter cujus prædicatum & subjectum impossibilis est connexio, vel disconnexio per propositionem enuntiata. Hæc pariter subdividitur in propositionem, quæ est in Materia Impossibili Metaphysicè, quæ tunc est, dum prædicatum, quod affirmatur de subjecto sinè contradictione, non potest convenire eidem, consequenter per nullam potentiam convenire potest, ut cum

Quotuplex?

dico: *Petrus est Lapis* vel dum prædicatum negatur de subjecto quod per ullam potentiam non potest ei non convenire, ut cum dico: *Petrus non est homo*. Item in propositionem in Materia impossibili Physicè, in qua prædicatum, vel affirmatur de subjecto, cui Naturaliter convenire non potest, ut cum dico: *Ignis est frigidus*; vel negatur de subjecto, cui naturaliter non potest non convenire, ut cum dico: *Ignis non est calidus*. Et in propositionem in materia Impossibili, moraliter, in qua prædicatum, vel affirmatur de subjecto, cui Moraliter & secundum æstimationem Moralem, non potest non convenire; seu cui quod conveniat, non est prudenter sperabile, ut si dicatur: *Judei hoc anno expugnabant, & accipient Hierosolymam*. Vel negatur prædicatum de subjecto

subjecto, cui moraliter & secundum estimationem Moralem non potest non convenire, seu non est prudenter sperabile, ut non conveniat, ut si dicatur: *Papa futurus, non erit unus ex Cardinalibus.*

Propositio in materia contingenti est, in qua prædicatum affirmatur de subjecto, cui contingenter convenit, hoc est ita convenit, ut possit vel potuerit non convenire. Talis propositio est, si dicatur: *Petrus est doctus.* Vel in qua prædicatum negatur convenire subjecto, cui ita non convenit, ut possit vel potuerit convenire, ut cum dico: *Petrus non est doctus*

II.  
quæ propositio in Materia Contingenti?

Dices. Propositiones affirmativæ in materia contingenti possunt esse veræ. Sed talium propositionum, quæ sunt veræ, prædicatum non potest contingenter convenire subjecto; talium enim propositionum prædicatum debet identificari subjecto. Cum propositio affirmativa per hoc sit vera, quod prædicatum insit, hoc est, identificetur subjecto. Prædicatum autem, quod identificatur subjecto, non potest eidem contingenter convenire; quod enim semel est identificatum alicui, semper est identificatum, nec potest non esse identificatum. Respondeo Negando Minorem; ad probationem illius dico: Ut vera sit propositio affirmativa, sufficere, quod rectum prædicati identificetur recto subjecti, nec opus esse, ut tota denominatio per prædicatum veniens identificetur subjecto. Quare ulterius, licet propositionis affirmativæ veræ rectum prædicati non possit contingenter convenire recto subjecti, tamen prædicatum quoad totam suam denominationem acceptum, potest non convenire recto subjecti, adeoque & toti subjecto. Cum denominatio accidentalis conveniens prædicato propositionis in materia contingente, contingenter conveniat ipsi etiam recto prædicati, quatenus forma, à qua talis denominatio desumitur, contingenter convenit eidem recto prædicati.

Propositio in Materia contingente quâ ratione potest esse vera?

### Ratione formæ.

Dividitur 1<sup>mo</sup> Propositio in affirmativam, & Negativam

N

vam

Quid propositio affirmativa?

Quid Negativa?

Negatio debet afficere Copulam

eamque principalem.

13.

Hanc quando censetur afficere?

14.

vam. Affirmativa propositio est, in qua prædicatum affirmatur de subiecto: seu, in qua Negatio, non afficit Copulam principalem propositionis. Talis propositio est, cum dico: *Petrus est homo*. Propositio Negativa est, in qua prædicatum negatur de subiecto: seu, in qua Negatio afficit copulam principalem propositionis. Talis propositio est, cum dicitur: *Petrus non est lapis*. Additur, *in qua Negatio afficit Copulam propositionis*: Etiam si enim negatio affirmat prædicatum, aut subiectum, faciendo ex termino finito, infinitantem, propositio non est Negativa simpliciter. Vg. ista propositio: *Petrus est non doctus*: non est simpliciter negativa, sed est æquivalenter partim affirmativa, partim negativa, secundum dicta de termino infinitante. Additur præterea *in qua Negatio afficit Copulam principalem*: Etiam si enim Negatio afficiat Copulam minùs principalem, si non afficit eam copulam, quæ principalis est, propositio non est negativa. Et sic hæc Propositio: *Logicus ingeniosus, si se non distrabat, potest esse bonus Philosophus*: est propositio affirmativa. In hac enim propositione Negatio afficit non nisi copulam minùs principalem. Circa hanc propositionis divisionem.

Noto 1mo diligenter: quòd Negatio censetur afficere copulam principalem propositionis, non solum dum immediate ponitur ante talem Copulam, sed etiam tunc, dum syncategorema Negativum præfigitur communi subiecto propositionis, illiq; principali. Unde non solum hæc Propositio: *homo non est bos*, est negativa; sed etiam hæc altera est negativa: *Nullus homo est bos*: Præterea propositio Negativa est, si negatio præfigatur toti propositioni, nec ex subiecto finito faciat terminum infinitantem. Et sic hæc propositio: *Non si Petrus studet, erit doctus*, est propositio negativa, in eaque Negatio afficit Copulam principalem. Est enim hæc propositio contradictoria huius affirmativa: *Si Petrus studet, erit doctus*, ut dicitur inferiùs. Contradictoria verò propositionis affirmativa debet esse negativa.

Noto 2do. Propositiones, in quibus de subiecto negatur



tur prædicatum, termino quidem apparenter positivo, in re tamen, negativo expressum, esse solum negativas quoad dici; quoad rem verò esse affirmativas. Tales propositiones sunt: *Aër non est tenebrosus: Petrus non est cæcus: Homo non est mortuus: servus non oriatur: &c.* Cujus ratio est: quia duæ negationes, faciunt unam affirmativam: juxta vulgare Axioma. Seu, negatio cadens supra aliam negationem, ipsam destruit. Cum ergo Negatio non possit destrui, nisi per esse Positivum, adeoq; nisi tale esse adstruatur, negatio cadens supra aliam negationem, adstruit & ponit esse positivum. Consequenter propositiones, in quibus est duplex negatio, quarum una cadit supra aliam, sunt affirmativæ.

Propositiones  
apparenter  
Negativæ

Si negatio cadat supra aliam negationem facit propositionem affirmativam

Dividitur 2do Propositio in Categoricalam & Hypotheticam. Categoricala seu absoluta propositio est, in qua prædicatum absolute, hoc est, independentiter ab omni conditione affirmatur, vel negatur de subiecto. Talis propositio est, cum dico: *Aristoteles est Princeps Philosophorum.* Hypothetica, seu conditionalis propositio est, quæ sub aliqua conditione affirmatur, vel negatur prædicatum de subiecto. Talis propositio est illa: *Si sol est, dies est.*

15.  
Quid propositio Categoricala?

Quid Hypothetica

Circa hanc propositionis divisionem, aut potius circa unam ejus speciem, nimirum circa propositionem Hypotheticam.

Noto 1mo. Propositionem Hypotheticam duabus consistere partibus, quarum una dicitur: *Conditio, seu Hypothesis, seu suppositio*, estque illa pars propositionis, quam afficit particula conditionalis, *Si*. Altera pars dicitur *Conditionatum*, in qua nimirum affirmatur vel negatur prædicatum de subiecto sub conditione: *Ex gr:* in hac propositione Hypothetica: *Si sol est, dies est.* Prior pars expressa per *Ly: si sol est:* dicitur conditio; altera pars expressa per *Ly dies est:* dicitur conditionatum. Ex iisdem partibus propositionis Hypotheticæ, illa pars quæ vocatur conditio, alio nomine dici solet: *Antecedens*. Illa verò, quæ est conditionatum, dicitur: *Consequens*. Ex eo, quod in omni propositione Hypothetica, & Conditione videatur inferri conditionatum. Hoc ipsum dicitur etiam *sequela*.

16.

Hæc constat conditione & conditionato

seu Antecedente & consequente

17.  
Non forma-  
lis discursus

Noto 2do Propositionem Hypotheticam, quamvis partes ejus explicentur per antecedens & consequens, non esse formalem discursum, sed ad summum virtualem. Antecedens enim & consequens propositionis Hypotheticæ, non sunt due propositiones distinctæ, sed una. Conditiio enim cum nihil ponat in re, nihil enuntiat. Et sic, hæc conditiio: *Si sol est*, nihil enuntiat, nec affirmat, alias affirmaret solis existentiam quam tamen non affirmat, sicut eandem non affirmat interrogatum: *An sol oritur est?* sed hæc sunt orationes imperfectæ. Non igitur conditiio propositionis Hypotheticæ, est propositio; adeoque propositio Hypothetica, complectens conditionem & conditionatum, non est discursus formalis. Hic enim essentialiter exigit, saltem duas propositiones distinctas. Est tamen discursus virtualis, quatenus conditiio videretur inferre conditionatum.

18.  
Propositiones  
Hypotheticæ  
æquivalent  
absolutis, &  
quibus?

Noto 3tio Propositiones Hypotheticas æquivalere certis propositionibus absolutis, per illasque exponi posse, ac subinde debere; nimirum illis propositionibus absolutis æquivalent, quæ affirmant connexionem conditionis cum conditionato, seu illationem conditionati à conditione. Et sic, hæc propositio: *Si sol est, dies est*, æquivalet huic absolute: *Solis existentia infert diei existentiam*. Aliquæ propositiones conditionatæ æquivalent absolutis affirmantibus conjunctionem conditionis cum conditionato. Ut hæc propositio Hypothetica: *Si Petrus loquetur cum ostiaria, negabit Christum*, æquivalet huic absolute: *Locutio Petri cum ostiaria, conjungetur cum negatione, quâ Petrus negabit Christum*.

19.  
In ijs attenditur  
maximè ad connexionem  
conditionis cum  
conditionato

Noto 4to In propositionum Hypotheticarum explicatione, quamvis habenda sit specialis ratio partium ipsius propositionis Hypotheticæ, nimirum conditionis & conditionati, singularissimè tamen attendi debere ad connexionem earundem partium, quæ sit connexio conditionis cum conditionato. Hinc pro diversitate horum trium: conditionis secundum se, conditionati secundum se, & connexionis inter conditionem & condi-

& conditionatum; ortum habent multæ & variæ species ac divisiones propositionis Hypotheticæ.

Et sic Propositio Hypothetica subdividitur *1mo* ratione conditionis, in Hypotheticam de conditione secundum se necessaria, in Hypotheticam de conditione secundum se impossibili, & in Hypotheticam de conditione, secundum se contingente. Hypothetica de conditione secundum se necessaria est illa, in qua assumitur & ponitur conditio, quæ secundum se est necessaria, idque vel necessaria Metaphysicè, ut cum dico: *Si DEUS existit, existit in personis trinus*; vel necessaria Physicè, qualis conditio est in hac propositione: *Si sol nobis occiderit, Antipodis dies illucescet*; vel necessaria moraliter, qualis est in hac propositione: *Si Roma existit, in Europa, sita est*.

Propositio Hypothetica de conditione secundum se impossibili, est propositio habens tale aliquid pro conditione assumptum, quod secundum se, est impossibile, idque vel impossibile Metaphysicè, ut cum dicitur: *Si Musca ex possibili fieret impossibilis, DEUS impossibilitaretur*; vel impossibile Naturaliter, ut fit in hac Propositione: *Si sol steterit pugnante Josue, vincetur Gabaon*; vel de Conditione secundum se impossibili moraliter, qualis conditio est cum dicitur: *Si simplex rusticus fieret Papa, non erraret in fide loquens ex Cathedra Petri*.

Propositio Hypothetica de conditione secundum se contingente est, in qua pro conditione assumitur aliquid secundum se contingens, ut cum dicitur: *Si fuerit conflictus inter Christianos & Turcos, vincetur Turca*.

Pari ratione propositio Hypothetica pro diversitate conditionati secundum se, subdividitur, idque *2do*: In propositionem Hypotheticam ex parte conditionati necessariam vel Metaphysicè, ut cum dico: *Si Creatura existit, DEUS existit*; vel Physicè, ut cum dicitur: *Si producetur ignis, ignis productus calidus erit*; vel ex parte conditionati necessariam Moraliter, qualis est hæc propositio: *si Romam multi erunt, Roma datur*.

In Propositionem ex parte conditionati secundum

20.

Hypothetica de conditione secundum se necessaria

de conditione secundum se impossibili.

de conditione secundum se contingente

21.

Hypothetica de conditionato secundum se necessario

de conditionato secundum se impossibile.

de Conditionato secundum se contingente.

20. Hypothetica de necessaria connexione conditionis cum conditionato

de Connexione repugnante

de contingente conjunctione conditionis cum conditionato.

condum se sumpti impossibilem; idque vel impossibilem Metaphysicè ut cum dicitur: *Si impossibilitetur Creatura, impossibilitatur DEUS*; vel impossibilem physicè, ut cum dicitur: *Si Josue pugnat contra Gabaon, Sol stat, nec movetur*; vel ex parte conditionati impossibilem Moraliter, qualis esset illa propositio: *Si congregetur Exercitus Hebraeorum, orbem sibi subjungabit.* Et in propositionem Hypotheticam de conditionato secundum se sumpto contingente: qualis est illa Propositio: *Si David manserit Ceila, & Saul supervenerit, viri Ceilitæ tradent David in manus Saul.*

3tio Subdividitur propositio Hypothetica ratione connexionis & habitudinis, quam habere potest conditio ad conditionatum, in Hypotheticam de connexionem necessariam, quæ connexio aliquando est necessaria Metaphysicè ut cum dicitur: *Si existit unio Physica animæ cum corpore, existunt corpus & anima.* Aliquando connexio hæc est necessaria Physicè, ut est in illa propositione: *Si Sol est, lux est.* Aliquando connexio conditionis cum conditionato est necessaria Moraliter, ut in hac propositione: *Si bene & sanctè vixeris, bene morieris.* Deinde in hypotheticam de connexionem repugnante inter conditionem, & conditionatum; idque vel repugnante Metaphysicè, ut in hac propositione: *Si DEUS noluerit creare alterum mundum, alter mundus creabitur;* vel repugnante physicè, ut repugnat in hac propositione: *Si ignis approximeretur stuppæ bene dispositæ, stuppam non comburet;* vel de connexionem conditionis cum conditionato moraliter secundum repugnante, ut cum dicitur: *Si malè vixeris, bene morieris.*

Tandem in Hypotheticam, cujus conditio non tam connectitur, quam potius contingenter conjungitur cum conditionato; idque vel ita, ut tamen conditio pertinenter se habeat ad conditionatum, ut cum dicitur: *Si Petrus locutus fuerit cum ostiaria, negabit Christum;* vel ita, ut conditio sit disparata & impertinenter se habeat ad conditionatum, ut se habet in hac propositione: *Si Petrus ex Polonia inierit Romam, Turcarum*

*rum Imperator saluabit Constantinopoli.*

Propositiones Hypotheticæ specie diuersæ ratione connexionis & habitudinis, quam habet conditio ad conditionatum, subdividi possunt, ac solent, in Hypotheticam causalem, rationalem, & merè conditionalem.

Hypothetica causalis est, in qua pro conditione affertur causa conditionati, ut fit in hac propositione: *Si DEUS Petro dederit auxilium A, Petrus convertetur.* Hypothetica Rationalis est, in qua ex effectu pro conditione posito, causa ejusdem effectus per conditionatum infertur, ut fit in hac propositione: *Si Petrus conueritur salutariter, est adutus à DEO, auxiliò gratiæ efficaci.*

In hac item: *Si dies est, sol est.* Hypothetica merè conditionalis est, in qua pro hypothese affertur mera conditio, quæ nimirum neque rationem causæ, neque rationem effectus habet respectu conditionati, ut fit in hac propositione: *Si approximatio defuerit, ignis non uret stuppam.*

Dividitur 3tio Propositio in simplicem & complexam. Propositio simplex est, quæ prædicatum ita enuntiat de subiecto, ut non complectatur plures propositiones. In exemplum talis propositionis adduci solet hæc propositio: *Petrus est homo.*

Complexa propositio est, quæ constat pluribus propositionibus simplicibus secum copulatis vel conjunctis. Tales propositiones complexæ sunt: *Et Petrus & Paulus studet. Vel Petrus vel Paulus currit.*

Simplex propositio subdividitur imò in simplicem de inesse, & in propositionem modalem. Simplex de inesse propositio est, quæ præcisé affirmat vel negat prædicatum inesse subiecto, nihil enuntiando, qualiter seu quomodo inest vel non inest eidem. Talis est illa propositio: *Petrus est homo.* Propositio Modalis est, quæ affirmat vel negat prædicatum certa aliqua ratione & modò inesse subiecto. Talis propositio est dum dico: *Necessè est hominem esse animal,* vel *Petrus necessariò est homo.*

Circa propositiones modales. Nota 1mo: Modum propositionis

23  
Hypothetica  
Causalis

Rationalis

Merè condi-  
tionalis

24  
propositio  
simplex.

Complexa  
25  
simplex de  
inesse

modalis

26

Qualis sit modus propositionis? propositionis Modalis posse exprimi vel per adverbium illudque afficiens copulam, ut cum dico: *Petrus est necessario homo* vel per nomen & verbum, ut cum dico: *Neceffe est Perrum esse hominem.*

27  
In propositione modali duo sunt  
Dictum & modus

Noto 2do In propositione Modali, eâ præcipuè, in qua Modus exprimitur per nomen & verbum, duo esse quæ præcipuè considerantur à Philosophis, talemque propositionem, duobus constitui. Unum est, pars illa propositionis, per quam affirmatur vel negatur prædicatum inesse subjecto. Et hæc pars dicitur: *Dictum*. Altera pars, quâ constituitur propositio modalis, est illa, quæ dicitur *Modus*, per quem exprimitur quomodo prædicatum insit vel non insit subjecto. Et sic in hac propositione modali: *Neceffe est Perrum esse hominem*: dictum est, quòd *Perrus sit homo*, modus autem exprimitur per *Ly: neceffe est*.

28  
Modi propositionum quot & qui?

Noto 3tio Modos propositionum modalium celebriores, & qui à Dialecticis magis considerari solent in quadruplici differentia constitui. Unus modus est, qui universalis affirmativus dicitur, & exprimitur per *Ly: neceffe est*; Alter modus; qui dicitur universalis negativus & exprimitur per *Ly: impossibile est*, vel *neceffe est non*. 3tius modus est, qui dicitur particularis affirmativus, & exprimitur per *Ly: possibile est*; vel per *Ly: contingens est*: qui tamen modi inter se sunt diversi, nec semper unus pro alio sumi potest. 4tus modus est, qui dicitur particularis negativus, & exprimitur quandoque per *Ly: possibile est non*, quandoque per *Ly: contingens est non*.

Quod sint affirmativi vel Negativi, unde habeant?

Neque valet, si dicas modos prædictos ex se indifferentes esse, ut sint affirmativi, vel negativi, eosque determinari per dictum & alias circumstantias, ad esse affirmativos vel negativos. Non valet, inquam; etiamsi enim aliqui modi negativi, in esse talium, compleantur per negationem, quæ afficit immediatè copulam dicti: quales modi sunt: *Neceffe est non: possibile est non: contingens est non*. Negatio enim quæ hos modos

modos complet, non est alia negatio, nisi illa quæ dictum facit negativum. Ut patet in his propositionibus: *Neceſſe eſt hominem non eſſe lapidem: Poſſibile eſt hominem non eſſe doctum: Contingens eſt hominem non eſſe doctum;* quæ propositiones ſunt modales negativæ, habentq; modos negativos in eſſe talium completos per negationem dicti. Tamen aliqui modi, ex illis in quadruplici modorum differentia poſitis, ſunt tales; qui, quòd ſunt affirmativi vel negativi, habent hoc de ſe, nec determinantur ad eſſe talium, ſive per dictum ſive per alias circumſtantias, & tales modi ſunt: *Neceſſe eſt, Impoſſibile eſt, Poſſibile eſt, Contingens eſt.* Quod tali evinco ratione. Hæ propositiones: *Neceſſe eſt hominem currere. Impoſſibile eſt hominem currere. Poſſibile eſt hominem currere, &c.* pugnant ſecum in qualitate. Ima enim & 2da propositio ſunt oppoſitæ contrariè: 2da & 3tia opponuntur contradicitoriè, ut ex concordia omnium ſenſu dicitur inferiùs, ubi ageretur de oppoſitione propositionum modalium. Ergo aliqua illarum ſunt affirmativa, aliqua negativa. Pugna enim propositionum in qualitate, in eo conſiſtit, quòd una ſit affirmativa, altera ſit negativa. Sed ad id, quòd una ſit affirmativa, altera negativa, adductæ propositiones non determinantur per dictum. Hoc enim in his tribus propositionibus unum idemq; eſt. Non etiam per alias circumſtantias, quæ enim illæ ſunt in præſenti caſu, aut eſſe poſſunt? ut unam eandemq; propositionem de ſe indifferentem determinent ad eſſe negativæ, vel affirmativæ. Certè propositionem hanc eſſe affirmativam, illam negativam, eſt intrinſecum & eſſentiale propositioni. Ergo id non poſteſt haberi à circumſtantiis extrinſecis & mutabilibus. Reſtat igitur dicendum tres adductas propositiones habere ab ipsis modis, quòd ſint affirmativæ vel negativæ, adeoq; ipſos modos aliquos eſſe affirmativos, aliquos negativos. Confirmatur id ipſum ulterius. Syncategoremata *Omnis, Nullus, Aliquis,* habent id ex ſe, quòd aliqua ſint affirmativa, aliqua negativa, nec ad id per propositiones indefinitas, quarum ſubjecta afficiunt, aut per alias

circūstantias determinantur; sed ipsa potius determinat propositiones, ut sint affirmativæ vel negativæ, dicunturq; hæc syncategoremata affirmativa vel negativa, ex eo, quòd determinent propositiones ad esse talium. Ergo id ipsum dicendum est de modis supra memoratis propositionum modalium.

29

Qui modi afficiunt immediate copulam propositionis?

Noto 4to. Omnes hos modos afficere copulam propositionis, exprimunt enim qualis connexio vel identitas sit inter prædicatum & subjectum, seu quomodo prædicatum conveniat, vel non conveniat subjecto. Sunt tamen multi alij modi qui frequenter non copulam afficiunt, sed subjectum vel prædicatum, illudq; restringunt, ut cum dicitur: *Petrus est bene doctus*. A talibus tamen modis propositiones non dicuntur modales, sed hæc revocantur ad propositiones de inesse. Imò ad propositiones de inesse videntur revocari etiam illæ, in quibus modus adverbio expressus afficit copulam, qualis v.g. *Propositio est: Petrus necessario est homo*. Ita ut in communi usu Philosophorum, nomine propositionum modalium intelligantur solæ illæ, in quibus modus non est permissus dicto, exprimiturque per nomen & verbum, de quibus dictum est numero præcedente.

Hæc propositiones, nomine propositionum modalium, etiam à nobis deinceps intelligentur.

30

Propositio directa.

Eaq; identica vel non identica.

Propositio indirecta.

Subdividitur 2do Propositio simplex, in simplicem directam & simplicem indirectam. Directa propositio est, in qua superius & universalius prædicatum enuntiatur de subjecto, quod sit inferius: v.g. genus de specie, species de individuo. Ut cum dico: *Petrus est homo; est Animal*. Vel in qua æquale enuntiatur de æquali: v.g. definitio de definito, ut cum dicitur, *Homo est Animal Rationale*. Hæc ipsa, vel est identica, in qua nimirum aliquid prædicatur de se ipso, eodem modo significato, ut cum dicitur: *Petrus est Petrus*. Vel est directa non identica, in qua prædicatum aut latius patet, quam subjectum, aut aliò modo significatur; ut cum dico: *Homo est rationalis*. Indirecta propositio est, in qua inferius prædicatur de superiore, ut cum dicitur: *Animal est Petrus*. Ad-



Adverto Propositionem directam accipi aliquando pro propositione non prout opponitur propositioni indirectæ, sed prout opponitur propositioni reflexæ. Quomodo accepta propositio directæ, est omnis illa, quæ tendit in objectum aliquod distinctum ab actu intellectûs, secundum se & prout est à parte rei acceptum. Propositio verò reflexa est, quæ se reflectit supra actum quemcunq; intellectûs, nimirum vel supra propositionem, vel supra discursum, vel etiam supra imam apprehensionem, ac de aliquo illorum, aliquod enuntiat prædicatum. Propositio directæ v g. est, quâ dico: *DEUS existit*. Propositio reflexa est, dum dico: *DEUS existit, est propositio vera*.

Propositio directæ prout opposita reflexæ

Propositio reflexa

Subdividitur 3tio Propositio simplex in simplicem de 2do adjacentē, & in simplicem de tertio adjacentē. Propositio de 2do adjacentē est, in qua prædicatum & copula unâ eademq; dictione, seu verbô exprimantur. Ut cum dico: *Petrus currit*. Propositio de tertio adjacentē est, in qua subjectum, copula, & prædicatum tribus diversis dictionibus exprimantur; ut cum dico: *Petrus est doctus*.

3r.

Propositio de 2do & 3tio adjacentē.

Propositio complexa subdividitur in complexam expressè talem, & complexam exponibilem. Complexa expressè talis est, quæ constat pluribus diversis propositionibus secum aliquomodo conjunctis. Hæc ipsa complexa quadruplex est. Copulativa est, in qua propositiones simplices expressè diversæ conjunguntur per aliquam particulam copulativam: *Et, atq; nec, neq;*. Talis propositio est, cum dico: *Et Petrus studet & Paulus studet*. Disjunctiva propositio est, in qua duæ vel plures propositiones conjunguntur per aliquam particulam disjunctivam; quales disjunctivæ particule sunt, *vel, aut*. Propositio disjunctiva v g. est, cum dico: *vel Petrus studet, vel Paulus studet*. Causalis propositio est, in qua duæ propositiones conjunguntur per particulas causales: *ex eo, quia; Siquidem, ideo &c*. Talis v g. propositio est, *Quia pluebat, via facta est lutosa*. Rationalis propositio est, in qua duæ propositiones conjunguntur per particulam illativam, *igitur, ergo*; ut si dicatur: *Dies est, igitur sol est*.

32.

Propositio complexa expressè talis. Alia est copulativa.

Alia disjunctiva.

Alia causalis.

Alia rationalis.

His 4. speciebus propositionis complexæ talis, aliqui adnumerari volunt propositionem Hypotheticam, de qua quid sentiendum facillè intelliges ex dictis, num. 17. hujus disputationis.

Propositionem item modalem, in qua modus non est permistus dicto, exprimiturq; per nomen & verbum. Sed & de hac propositione videtur similiter discurre debere, atq; de propositione Hypothetica. Interim quò referri debeat, an ad propositionem simplicem, an ad complexam, parùm interest. Complexa exponibilis est illa, quæ licet unica & simplex esse videatur, propter aliquas tamen particulas in tali propositione positas, aliquam difficultatem continentem, expositione indiget, duabusq; saltem propositionibus æquivalet, per quas exponi & explicari debet.

Complexa  
exponibilis

Complexa exponibilis propositio subdividitur communiter in tres species, nimirum in propositionem exclusivam, exceptivam & reduplicativam.

33.  
Exclusiva alia  
de subjecto  
excluso.

Exclusiva propositio est, quæ constat aliquâ particulâ exclusivâ, quales particule sunt: *tantum solum non nisi, dumtaxat &c.*

Alia de prædicato  
excluso.

Subdividitur ulterius exclusiva, in exclusivam de subjecto excluso, quæ tunc est, dum particula exclusiva afficit subjectum. Qualis est hæc propositio: *Solus DEUS est ens perfectissimum.*

Quomodo exponi  
debent?

Et in exclusivam de prædicato excluso. In qua, particula exclusiva afficit prædicatum. Talem propositionem habes, cum dico: *Petrus Philosophus est tantum Logicus.* Ex his propositionibus, unaquæq; exponi debet per duas propositiones, quarum una sit affirmativa, altera negativa. Nimirum propositio exclusiva affirmativa de subjecto excluso, debet exponi per affirmativam, quæ de subjecto secundum se sumpto, affirmat prædicatum propositionis exclusivæ; & per negativam, quæ idem prædicatum neget de alijs subjectis, à subjecto propositionis affirmativæ diversis. Vg. hæc propositio, *solus DEUS est perfectissimus;* exponi debet per sequentes propositiones: *DEUS est perfectissimus;* & *nullum aliud ens à DEO distinctum est perfectissimum.* Quòd si propositio de subjecto excluso sit negati-

va, exponi debet per propositiones duas, quarum una de sub-  
jecto secundum se sumpto propositionis exclusivæ, neget  
prædicatum ejusdem, altera idem prædicatum affirmet de alijs  
diversis subjectis. Et sic hæc propositio: *sola substantia spiri-  
tualis non est quanta*, in hunc modum debet exponi: *sub-  
stantia spiritualis non est quanta; alia verò substantia, quæ non  
sunt spirituales, sunt quanta.*

Propositio Exclusiva  
de prædicato excluso si est affirmativa, exponi debet per pro-  
positiones simplices, affirmativam & negativam, quarum af-  
firmativa affirmet propositionis exclusivæ prædicatum, secun-  
dum se sumptum, de subjecto ejusdem; negativa verò ne-  
get diversa alia prædicata de eodem subjecto. Hinc sequen-  
tem propositionem, *Petrus Philosophus est tantum Logicus*, ta-  
liter expones: *Petrus Philosophus est Logicus, & simul idem  
Petrus Philosophus non est Physicus, nec Metaphysicus.* Quod si  
propositio exclusiva de prædicato excluso fuerit negativa, ex-  
ponetur per propositiones simplices, quarum una negat de  
subjecto dictæ propositionis exclusivæ prædicatum ejusdem  
secundum se acceptum, altera de eodem subjecto affirmat  
prædicata diversa à prædicato excluso. Et sic propositio hæc  
*Petrus Philosophus non est solum Metaphysicus*, exponetur per  
duplicem sequentem propositionem: *Petrus Philosophus non  
est Metaphysicus, & simul idem Petrus Philosophus est Phy-  
sicus & Logicus.*

Exceptiva propositio est, quæ constat aliquâ particulâ  
exceptivâ, tales particulæ sunt, *præter, præterquam, excepto* &c.  
Etiam hæc propositio subdividi potest in exceptivam de sub-  
jecto excepto, cujus nimirum subjectum afficit particula ex-  
ceptiva. Qualis est hæc propositio: *Omnes homines præter  
Christum, & Sanctissimâ Matrem ejus, in Adam peccaverunt.* Et in  
exceptivam de prædicato excepto, cujus nimirum prædicatum  
afficit particula exceptiva. Talis propositio est, si dicatur:  
*Petrus est aliquod Animal, præter Leonem.* Singulæ hæc propo-  
sitiones debent exponi per duplicem propositionem; imò hoc  
modo

34.

Propositio ex-  
ceptiva.  
Alia de sub-  
jecto excepto.

Alia de ex-  
cepto prædi-  
cato.

Quomodo ex-  
ponantur?

modo: *Christus & Beatissima non peccaverunt in Adam; & omnes alij homines in eodem peccaverunt.* 2da sic exponenda est: *Petrus non est Leo, & simul Petrus est aut homo, aut aliud animal à leone diversum.*

35. Subdividitur 2do propositio exceptiva, in Exceptivam, in qua particula *præter* accipitur in sensu ampliativo, inclusivo, & affirmativo; ut cum dico: *Petrus scit multas alias artes præter Logicam.* Hæc propositio dum in sensu ampliativo excipitur, debet exponi per duas propositiones affirmativas, hæc ratione: *Petrus scit Logicam, & simul idem Petrus scit multas alias artes.* Et in exceptivam propositionem, in qua particula exceptiva sumitur in sensu negativo & exclusivo. Talis propositionis exempla habes in numero immediatè præcedente, simulq; modum, quò exponi debent. Circa hanc divisionem.

36. Noto imo Propositionem exceptivam, in qua particula exceptiva sumitur in sensu exclusivo, per hoc differre à propositione exclusiva, de qua egimus num. 33. quòd in exceptiva terminus, qui excipitur, debeat contineri sub communi illo termino, cui exceptio annectitur, seu à quo excipitur. Et sic in hac propositione: *Omnes homines præter Christum & Matrem ejus Sanctissimam, peccaverunt in Adam;* termini excepti, *Christus & Beatissima*, continentur sub termino communi: *omnes homines*, cui additur exceptio, & per hunc terminum intelligerentur, nisi obstaret exceptio. E contra in propositionibus exclusivis id non servatur.

37. Noto 2do Propositiones aliquas exceptivas posse habere ambiguum sensum, aliquarum enim talium propositionum particula exceptiva potest accipi jam in sensu ampliativo, jam in sensu exclusivo; & sic illius propositionis exceptivæ, *Petrus scit alias artes præter Logicam*, particula *præter* potest accipi jam in sensu ampliativo, seu loco particulæ extensivæ *ultra*, ut sensus sit, quòd *Petrus & Logicam sciat, & alias artes.* Iam potest accipi in sensu exclusivo, ut sensus sit: quòd *Petrus sciat alias*

alias artes, Logicam verò nesciat. Quòd si accadat in concertatione Philosophica talem afferri propositionem, nec sensum ejus sufficienter exprimi, vel sensus verus investigandus & exigendus erit à proferente talem propositionem, vel per distinctionem ambigua propositionis, sensus diversi ejusdem, ampliatus & exclusivus, explicandi erunt, & in uno sensu propositio concedi debet, in altero verò negari, ut detegatur, & dissolvatur fallacia.

Noto 3tio Ad propositiones exponibiles exceptivas in sensu exclusivo intellectas, vel etiam ad propositiones exclusivas revocari propositionem, quæ habet terminum infinitantem. Unde hæc propositio, eo modo exponi debet, quò exponendas esse diximus propositiones exceptivas in sensu exclusivo intellectas, quò item modò exponi debent propositiones exclusivæ.

38.  
Propositiones de termino in finitante ad exceptivas revocantur.

Reduplicativa propositio est, in qua ponitur aliqua particula reduplicativa, quales particulae sunt: *in quantum, quantum, quâ talis, ut, prout &c.* Quarum si quæpiam affecerit subjectum propositionis, erit illa propositio de subjecto reduplicato; si affecerit prædicatum, erit de reduplicato prædicato.

39.  
Propositio reduplicativa.

Propositio reduplicativa subdividitur præterea in reduplicativam essentialem, causalem, & conditionalem. Reduplicativa essentialis est, quando particula reduplicativa reduplicat terminum, qui est de essentia alterius termini propositionis, idq; ipsum per reduplicationem significatur. Talis est propositio hæc: *Homo, quâ rationalis, est principium ratiocinandi.* Causalis reduplicativa est, per quam reduplicatur causa termini (intelligo objectivi) non reduplicati, ut cum dico: *Ignis quâ calidus, urit.* Conditionalis reduplicativa est, per quam reduplicatur conditio requisita ad esse termini objectivi, qui non reduplicatur, ut cum dicitur: *Ignis prout approximatus, urit.* Dictæ propositiones exponi debent, ima in hunc modum: *Homo est principium ratiocinandi, & rationale est de essentia principii ratiocinandi.*

40.  
Hæc alia est essentialis.

2da hoc modo: *Ignis urit, & calor ignis est causa productiva urationis.* 3tia taliter: *Ignis urit*

alia causalis.  
alia conditio-  
nalis  
Quomodo exponi debent?

urit, & calor ignis est causa productiva ustionis. 3tia taliter: Ignis urit, & approximatio ignis ad subjectum capax ustionis, est conditio requisita ad urendum.

41.

Propositio im-  
plicitè redup-  
plicativa.

quomodo di-  
stinguenda?

Quid est ter-  
minum con-  
cretum sumi  
specificativè?

Quid est eun-  
dem sumi re-  
duplicativè?

Noto fieri posse, ut licet in aliqua propositione non ponatur expressè particula reduplicativa, sit tamen illa propositio tacitè, implicitè, & quo ad rem reduplicativa. Quòd tunc fit, quando prædicatum propositionis non potest convenire subjecto, nisi reduplicato, vel quando de subjecto non potest verificari prædicatum, nisi idem prædicatum intelligatur sumi reduplicativè. Et sic illa propositio: *Paries albus est disgregativus visûs*, licet in illa non ponatur illa particula reduplicativa, est tamen implicitè reduplicativa, & nisi subjectum illius accipiatur reduplicativè, prædicatum quod de tali subjecto affirmatur, non conveniet eidem. Hujus modi propositiones dum opponuntur, ad vitandam fallaciam distinguuntur à Philosophis, in hunc modum: *Paries albus specificativè et materialiter sumptus, est disgregativus visûs*. Negant. *Paries albus formaliter & reduplicativè sumptus, est disgregativus visûs*. Concedunt. Quæ ipsa distinctio sic est intelligenda: Terminos concretos & denominationes eorum posse dupliciter accipi, primò materialiter & specificativè, 2dò formaliter & reduplicativè. Materialiter & specificativè sumitur terminus concretus, quando sumitur secundum id, quod talis terminus dicit pro materia & subjecto, in quod cadit denominatio, seu secundum id, quod per talem terminum venit communiter in recto. Formaliter verò & reduplicativè sumitur terminus concretus, seu denominatio, quando sumitur secundum formam denominationis, vel secundum totam denominationem; hoc est: tam secundum subjectum, quam secundum formam, tam secundum id, quod in recto, quam secundum id, quod in obliquo per talem denominationem communiter venit. Et sic terminus ille concretus, *paries albus*, sumitur specificativè & materialiter, quando sumitur pro entitate *parietis* secundum se, qui est materia, & subjectum hu-  
jus

hujus denominationis concreta. Sumitur verò formaliter & reduplicativè idem terminus, quando sumitur, vel pro ipsa forma hujus concreti & denominationis: *paries albus*, nimirum pro *Albedine*; vel sumitur pro tota denominatione, hoc est, indivisum tam pro subjecto, quàm pro forma. Hoc posito: prædicatum in aliqua propositione convenit subjecto specificativè sumpto, quando convenit illi parti denominationis habentis in propositione rationem subjecti, quæ pars in eadem denominatione habet se per modum materiæ & subjecti, in quod cadit denominatio. Convenit verò prædicatum termino concreto formaliter & reduplicativè sumpto, quando convenit vel ipsi formæ talis denominationis, vel indivisum subjecto & formæ ejusdem. Cum ergo prædicatum hujus propositionis: *Paries albus est disgregativus visus*, non conveniat *parieti* secundum se, *paries* enim secundum se non *disgregat visum*; verum est dicere, quòd dictum prædicatum non conveniat *parieti albo* specificativè sumpto. Quia verò idem prædicatum *Ly disgregativus visus* convenit formæ, aut potius ratione formæ convenit toti denominationi *Paries albus* positæ pro subjecto propositionis; habetur hinc, quòd dictum prædicatum conveniat *parieti albo* formaliter & reduplicativè sumpto.

Inter propositiones complexas exponibiles, numerari debent propositiones, quæ opponuntur contradictoriè propositionibus exclusivis, exceptivis, & reduplicativis. Quales propositiones sunt: *Non tantum Petrus currit; non tantum Petrus non currit.* *Non omnis homo præter Petrum loquitur; non omnis homo præter Petrum non loquitur.* *Homo, non quâ homo, est rationalis.* *Homo, non quâ homo, non est rationalis.* Præcipuè cum hæ propositiones revocentur à multis ad ipsas propositiones exclusivas, exceptivas, reduplicativas. Vocenturque negativæ de signo, ad distinctionem ab alijs exclusivis, exceptivis reduplicativis, quæ vocantur affirmativæ de signo. Esse autem affirmativas, vel negativas de dicto, utrisque est

42  
propositiones  
contradictoriæ  
exclusivarum  
&c.

tales propo-  
sitiones vocan-  
tur Negativæ  
de signo

aliæ affirmativæ de signo communē. Porro tales propositiones negativæ de signo, quatenus sunt contradictoriæ affirmatarum de signo, exponi debent per propositiones contradictorias exponentium, per quas exponuntur exclusivæ, exceptivæ, reduplicativæ, quæ sunt affirmativæ de signo. Addidi: *quatenus sunt contradictoriæ* propositionum exclusivarum &c. affirmatarum de signo. Possunt enim eadem propositiones accipi non in sensu contradictorio, sed in alio diverso sensu, v.g. in sensu ampliativo ad eum modum, quò supra dixi posse accipi propositiones exceptivas. Quò modò si accipiantur, sicut non sunt contradictoriæ exclusivarum &c. affirmatarum de signo; ita exponentes ipsarum non debent opponi contradictoriè exponentibus propositionum exclusivarum &c. quæ sunt affirmativæ de signo. Sed de hoc plenius diceretur inferius.

43. Propositiones universales & particulares exponi possunt & solent; simplices tamen appellantur; per quas propositiones exponi debent?

Propositiones tam universales, quàm particulares, habentes subjecto communi præfixum syncategorema universale, vel particulare: propositiones item indefinitæ, in quibus terminus communis ponitur pro subjecto absque omni syncategoremate: tandemque propositiones, in quibus prædicatum commune habet suppositionem distributivam vel disjunctivam: hæc (inquam) omnes propositiones, quamvis habeantur communiter pro simplicibus, quatenus non sunt complexæ expressè tales; ac etiam à me in hoc tractatu sæpius simplices appellantur, nè lingvâ peregrinâ, & multis aliis ignota loqui videar. Tamen & ipsæ exponibilibus adnumerandæ videntur; siquidem etiam illæ exponi possunt, ac etiam aliquando debent, idque aliquæ exponendæ sunt per propositiones copulativas, aliquæ per disjunctivas, nimirum per illas, ad quas à terminis communibus earundem propositionum, conformiter ad suppositionem eorundem terminorum, descensus institui debet, secundum doctrinam superius datam.

Dices. Si hæc doctrina subsisteret, tunc propositio hæc, *Christus est homo* cum sit de prædicato communi *homo*, habente suppositionem disjunctivam, deberet sic exponi: *Christus*



*stus est, vel Judas, vel Petrus, vel JESUS à Nazareth, vel alius quiscunque homo.* Sed non potest sic exponi; talis enim expositio est à scholis nostris proscrip̃ta. Ergo

Respondeo hanc propositionem: *Christus est homo*, non esse de prædicato communi. Dum enim *homo* prædicatur de *Christo*, *Ly homo* non est prædicatum commune, sed singulare; in hac enim prædicatione per *Ly homo* venit in recto *DEUS* & *Persona Divina Verbi*, quæ est quid singulare. Sicut enim aliæ quævis prædicationes dictæ de *Christo* sunt tales, ut & per prædicatum, & per subjectum propositionis de *Christo* enuntiata, veniat in recto *DEUS*, seu *Persona Divina Verbi*, in obliquo veniat *Natura humana*; & per hoc salvatur, & explicatur à Theologis Communicatio Idiomatum, ex vi cuius prædicata aliqua ratione *Nature humana* convenientia *Christo*, dicuntur de *DEO*, ut *Verbo Divino*, & iterum aliqua prædicata dicuntur de *Christo homine*, quæ sunt prædicata *DEI* propria. Ita & hæc prædicatio: *Christus est homo*, est talis, ut & per subjectum, & per prædicatum veniat in recto *DEUS*, & *Persona Divina Verbi*, quò positò illa propositio: *Christus est homo*, non debet exponi per illam, per quam in objectione exponitur, sed potius est exponenda: *Persona*, quæ est *Christus*, est *Persona Divina Verbi*, terminans *Naturam humanam Christi*.

Propositio: *Christus est homo*, est de prædicato singulari;

non potest exponi per illam: *Christus est vel Judas &c.* Quomodo exponenda?

Dices adhuc, & voles evincere expositionis in objectione allatæ bonitatem tali syllogismo: *Omnis homo est, vel Judas, vel Petrus, vel alius quiscunque homo. Sed Christus est homo. Ergo Christus est, vel Judas, vel Petrus, vel alius quiscunque homo.* Cujus syllogismi minor, est de fide; major autem est expositoria illius propositionis: *Omnis homo est homo*, itidem vera, quia identica. Consequentia Legitima. Unde inferes ulterius propositionem: *Christus est homo*, bene exponi per propositionem: *Christus est vel Judas, vel Petrus, vel JESUS à Nazareth. &c.*

Respondeo majorem adducti syllogismi, nisi accipiatur cum distributione accomoda non esse veram, debet

Propositio: *omnis homo est, vel Petrus,*

vel Judas &c. debet nimirum intelligi sub hac distinctione: *Omnis homo* debet accipi cum distributione accommodata, & qualiter? *purus, seu non univus hypostaticè Verbo Divino, est vel Petrus, vel Judas, vel alius quisunque homo;* non verò quòd *omnis homo,* sub hoc termino comprehendendo & *Deum-Hominem, sit vel Petrus, vel Judas &c.* Cùm enim de DEO-Homine prædicatus *homo* sit terminus singularis, talisque esse debeat è sensu Theologorum infundato doctrinæ Ecclesiæ. Sicut non bene de Christo prædicatur *homo,* qui sit terminus communis; ita non bene prædicantur *Omnes homines,* sub disjunctione: per hanc siquidem prædicationem exponitur *Ly homo de Christo* affirmatus, qui cùm sit terminus singularis, non bene exponitur per descensum disjunctivum, adeoque per illam propositionem, *Christus est, vel Judas, vel Petrus &c.*

## PUNCTUM II.

Quotuplex est propositio ratione quantitatis & qualitatis?  
Ante decisionem hujus puncti

44.  
Quid est quantitas propositionis?

Præmitto & suppono *imo,* per quantitatem Propositionis intelligi extensionem, vel limitationem propositionis ad significanda plura, jam distributivè, jam disjunctivè. Extenditur verò vel limitatur propositio ad talem plurium significationem, per extensionem, vel limitationem principalis subjecti propositionis. Eo enim ipso, quòd subjectum principale propositionis supponat distributivè, propositio est universalis. Et iterum eo ipso, quòd subjectum principale propositionis supponat disjunctivè, propositio est particularis.

45.  
Quid qualitas ejusdem?

Præmitto & suppono *2do,* per qualitatem propositionis intelligi affirmationem vel negationem prædicati de subjecto, seu quòd aliqua propositio sit affirmativa, vel negativa. Hanc affirmationem puncto præcedente formam propositionis asseruimus, communiter tamen à Philosophis dicitur *Qualitas,* eaque essentialis propositionis, quæ ratio non pugnat cum esse formæ propositionis. Per qualitatem propositionis putant aliqui

qui

qui intelligi, etiam veritatem, & falsitatem ejusdem. Hæc tamen qualitas accidentalis dicitur, nec venit apud Philosophos nomine qualitatis, irrestrictè & simpliciter prolato.

**Ratione quantitatis.**

Dividitur propositio in universalem, particularem, indefinitam, addunt alij & singularem. 46.  
 Propositio universalis est, in qua subjecto principali propositionis præfigitur syncategorema universale, vel affirmativum vel negativum. Propositiones universales ex. gr. sunt: *Omnis homo est Animal, Nullus homo est lapis.* Propositio particularis est, in qua subjecto principali propositionis præfigitur syncategorema particulare *aliquis, quidam &c.* Tales propositiones sunt: *Aliquis homo currit. Aliquis homo non currit.* Propositio indefinita est, in qua pro subjecto principali ponitur terminus communis nullo syncategoremate affectus, ut cum dicitur: *Homo est animal. Homo non currit.* Propositio singularis est, in qua pro subjecto principali ponitur terminus singularis, ut *Ly Petrus, vel hic homo.* Tales propositiones sunt: *Petrus studet. Hic homo currit.*

Propositio alia est universalis  
 alia particularis  
 alia indefinita  
 alia singularis

Addidi in definitionibus propositionis universalis & particularis *In qua subjecto propositionis præfigitur syncategorema.* Ad hoc enim, ut propositio sit universalis vel particularis, non satis est, imò impertinenter se habet, quòd syncategorema præfigatur prædicato propositionis; hinc ista propositio: *Aliquis homo non est ullus bos,* quamvis in illa prædicato præfigatur syncategorema negativum universale, non est universalis, sed est particularis ratione syncategorematis particularis afficientis subjectum. Hæc etiã propositio: *Petrus est aliquis homo:* non est propositio particularis ratione syncategorematis particularis præfixi prædicato, sed est propositio singularis ratione subjecti singularis. Additur iterum, *in qua subjecto principali præfigitur syncategorema.* Hoc enim præfixum subjecto minus principali, vel casibus obliquis non facit propositionem universalem vel particularem. Hinc dum dico: *Omnis homo est*

47.  
 Ut propositio sit universalis, syncategorema debet præfigi subjecto propositionis  
 etiq; principali

*est Animal, est propositio vera.* Tota hæc propositio reflexa non est universalis, syncategorema enim *omnis* non afficit subjectum principale totius hujus propositionis, sed solum minus principale. Quia non nisi afficit subjectum propositionis directæ, non afficit verò subjectum propositionis reflexæ, quod in eadē propositione reflexa est subjectum principale. Potius tota hæc propositio est singularis, quia subjectum ejus principale est singulare. Tota enim hæc propositio si completè & integrè accipiatur est talis: *Hæc propositio, omnis homo est Animal, est propositio vera.* Cujus propositionis taliter completæ subjectum principale, est *hæc propositio*, quod subjectum est singulare.

Hæc etiam propositio: *Nullus servus alicujus Domini currit.* Non est propositio particularis ratione syncategorematis particularis præfixi casui obliquo, sed est universalis ratione syncategorematis universalis præfixi termino *Servus*, qui in hac propositione est subjectum principale. Circa hanc propositionis divisionem.

48  
Syncategore-  
ma non potest  
præfigi nisi ter-  
mino cõmuni

Noto *imo.* Syncategorema tam universale, quàm particulare, non posse præfigi nisi termino communi. Solus enim terminus communis potest accipi, vel in suppositione distributiva, vel in suppositione disjunctiva. Quia solus terminus communis plura significat, quæ capacia sunt distributionis, vel disjunctionis. Porro syncategoremata, universale & particulare, sunt signa suppositionis distributivæ & disjunctivæ.

49.  
Propositiones  
indefinitæ æ-  
quivalent uni-  
versalibus vel  
particularibus

Noto *2do.* Propositiones indefinitas æquivalenter esse, aut universales, aut particulares. Talium enim propositionum dum sunt in materia necessaria, subjectum communiter habet suppositionem universalem, seu distributivam. Dum verò sunt in materia contingente, subjectum illarum communiter accipitur in suppositione particulari & disjunctiva, ut dictum est Num. 81. Disp. 1. à subjecti verò universalitate vel particularitate, habetur quantitas, hoc est universalitas, vel particularitas propositionis.

Noto

Nota 31. o. Quantitatem universalem vel particularem convenire non solum propositionibus de subiecto communi, quas juxta dicta Num. 43. simplices appellamus; propositionibus item de inesse & absolutis, de quibus dicta hactenus procedere videbantur: sed etiam propositionibus modalibus, hypotheticis & complexis. Singula enim illarum aut sunt universales, aut particulares, aut singulares.

Modalium propositionum, quæ hoc nomine à Philosophis significantur, quantitas habetur à *Modo* propositionis, non à *dicto* ejusdem: nimirum propositio modalis est universalis, si modum habet universalem; est particularis, si modum habet particularem. Porro ut dictum est Num. 38 modi universales sunt: Affirmativus, *necesse est*; Negativus, *impossibile est*. Particulares modi sunt: Affirmativi, *possibile est*; contingens est. Negativi: *possibile est non*; *contingens est non*.

Addidi, & dixi quantitatē propositionum modalium desumi à modo non à dicto. Hinc si in aliqua propositione dictum fuerit particulare, *modus* verò universalis, talis propositio erit simpliciter universalis. Et sic ista propositio: *Necesse est aliquē hominem nunc currere*, est simpliciter universalis, licet dictum habeat particulare. Non nego tamen hujusmodi propositionē dici posse universalem *de modo*, particulare *de dicto*; quemadmodū etiā possunt dari, & dici propositiones particulares *de modo*, universales *de dicto*. Cæterum hoc non obstante, propositio modalis dicenda simpliciter est universalis, vel particularis à modo universali, vel particulari.

Propositiones Hypotheticæ eam quantitatem habent, quam habent propositiones absolutæ, quibus æquivalent, quæ nimirum secundum dicta Num. 18 affirmant connexionem conditionis cum conditionato, vel illationem conditionati à conditione. Et quia tales absolutæ propositiones plerumq; sunt indefinitæ de subiecto communi, si enuntiabunt connexionem necessariam conditionis cum conditionato, erunt universales: erunt enim indefinitæ in materia necessaria. Si enuntiabunt connexionem, vel conjunctionem contingentem conditio-

50  
quibus propositionibus conveniat quantitas universalis & particularis

51.  
quantitas propositionū modalium habetur à modo non à dicto

52.  
potest esse alia quantitas dicti alia quantitas modi

53.  
Propositiones hypotheticæ eam habent quantitatem, quam absolutæ quibus æquivalent.

conditionis cum conditionato, erunt particulares; quia erunt indefinita in materia contingente. Quod si propositio illa absoluta, cui Hypothesica æquivaleret, fuerit singularis, etiam Hypothesica propositio habenda est pro singulari. Et quia una eademque propositio Hypothesica potest æquivalere, jam absolutæ particulari; jam absolutæ singulari; ut hæc propositio: *Si Petrus loqueretur cum ostiaria negabit Christum*: æquivalere potest & huic propositioni absolutæ: *Locutio Petri cum ostiaria, conjungetur cum negatione, quâ Petrus negabit Christum*, quæ videtur esse indefinita in materia contingente, adeoque propositio particularis; et huic absolutæ singulari: *Petrus loquens cum ostiaria: est negaturus Christum* ideo dicta propositio Hypothesica potest haberi, vel pro particulari, vel pro singulari. Pro particulari, si dicitur æquivalere particulari absolutæ; pro singulari est habenda, si dicitur æquivalere absolutæ singulari.

54  
Cōpulativa  
propositio ha-  
bet quantitatem  
universalem.

Disjunctiva  
particularem

55.  
Exponibilia  
quantitas ea est  
quæ exponen-  
tium.

Propositiones copulativæ quantitatem semper habent universalem. Et sic hæc propositio copulativa: *Et Petrus studet, & Paulus studet*, est propositio universalis, æquivaleret enim huic propositioni: *uterque studet, vel quisque horum duorum studet*: quæ utraque propositio est universalis. Termini enim *Uterque, quisque duorum*, cum habeant suppositionem distributivam, valeatque ab ipsis descensus distributivus, sunt termini universales seu sunt syncategoremata universalia. E contra propositiones disjunctivæ habent quantitatem particularem. Et sic hæc propositio: *vel Petrus vel Paulus studet*, est particularis, æquivaleret enim huic particulari: *alteruter horum studet, vel aliquis illorum studet*.

Propositiones exponibiles talem habent quantitatem, qualem habent propositiones, per quas exponi debent. Et sic propositiones quæ exponi debent per propositiones copulativas, habent quantitatem universalem, quia talem quantitatem habent propositiones copulativæ exponentes, secundum dicta Num. precedente. Quæ verò exponi debent per propositiones

siones disjunctivas, habent quantitatem particularem, quia talem quantitatem habent disjunctivæ exponentes. Hinc verò sequitur ulterius propositiones exponibiles, nimirum exclusivas, exceptivas, reduplicativas, quæ sunt affirmativæ de signo, semper esse universales, quia hæ exponuntur per propositiones copulativas, quæ verò sunt negativæ de signo, quatenus sunt oppositæ contradictoriè affirmatarum de signo, de quibus supra, esse propositiones particulares, quia hæ exponi debent per propositiones disjunctivas. Et sic hæc propositio exclusiva affirmativa de signo: *Tantum Petrus studet.* Est propositio universalis, exponitur enim per hanc copulativam: *Et Petrus, studet, & nullus alius studet.* Hæc verò altera propositio negativa de signo prioris contradictoria, ut talis, hæc inquam: *Non tantum Petrus studet,* est propositio particularis, debet enim exponi per hanc disjunctivam: *vel Petrus non studet, vel aliquis alius studet.*

Affirmativæ de signo sunt universales.

Negativæ de signo contradictoriæ illarum sunt particulares.

Dices propositionem negativam de signo hanc ex. gr. *Non tantum Petrus studet,* exponi per copulativam istam: *Et Petrus studet, & alij student.* Ergo propositiones exponibiles negativæ de signo, non exponuntur per propositiones disjunctivas, adeoque propositiones negativæ de signo non sunt particulares. Respondeo cum distinctione; Propositio negativa de signo hæc: *Non tantum Petrus studet,* sumpta in sensu contradictorio propositionis affirmativæ de signo per copulativam expositæ, seu prout est contradictoria talis propositionis, debet exponi per copulativam illam: *Et Petrus studet, & alij student:* Nego antecedens. Sumpta in alio sensu, & non in opposito contradictoriè propositioni affirmativæ de signo per copulativam expositæ, debet, vel potest etiam ipsa exponi per propositionem copulativam hanc: *Et Petrus studet, & alij student.* Concedo antecedens: & dico hanc propositionem: *Non tantum Petrus studet,* posse habere vel sensum contradictoriè oppositum illi propositioni affirmativæ de signo: *tantum Petrus studet,* per propositionem copulativam

Negativæ de signo possunt accipi vel in sensu contradictorio affirmatarum de signo,

vel in alio diverso sensu

lativam expositæ; vel etiam alium diversum sensum. Potest habere sensum contradictoriè oppositum, quia hæc propositio: *non tantum Petrus studet*, est contradictoria istius, *tantum Petrus studet*. Tum quia, si hæc non fuerit, non assignabitur alia contradictoria; tum quia juxta dicenda Num. 117. Contradictoria cujusvis propositionis per hoc habetur, quod toti propositioni præponatur, & præfigatur negatio. Cum ergo in hac propositione: *non tantum Petrus studet*, negatio præfigatur toti propositioni affirmativæ de signo, nimirum illi: *tantum Petrus studet*, prior propositio est contradictoria hujus 2dæ. Ergo ulterius hæc propositio: *non tantum Petrus studet*, prout est contradictoria propositionis affirmativæ de signo per copulativam expositæ, debet habere, & facere sensum, in quo sit contradictoriè opposita eidem affirmativæ de signo. Sed non est contradictoriè opposita, si accipiatur in sensu objectionis, si nimirum exponatur per hanc propositionem copulativam: *Et Petrus studet, & alij student*. Propositiones enim, quæ sunt, vel possunt ambæ esse falsæ, non sunt sibi contradictoriè oppositæ. Sed hæc propositiones: *tantum Petrus studet*. *Non tantum Petrus studet*, si hæc altera exponatur per propositionem copulativam, per quam exponitur in objectione, possunt esse ambæ falsæ; quarum enim propositionum exponentes possunt esse ambæ falsæ, etiam illæ, quæ sic exponuntur, possunt esse ambæ falsæ. Sed in suppositione data exponentes duarum illarum propositionum: *Tantum Petrus studet*. *Non tantum Petrus studet*, possunt esse ambæ falsæ. Exponens enim prioris propositionis est hæc: *Et Petrus studet, & nullus alius studet*. Ut ego assero, & adversarius consentit, & de hac prout taliter exposita procedit tota præsens difficultas. Alterius verò propositionis illius: *non tantum Petrus studet*, è mente ejusdem adversarij exponens hæc est: *Et Petrus studet, & alij student*. Quæ exponentes ambæ possunt esse falsæ, tales enim erunt, si [ ut fieri potest ] *Petrus non studeat*. Ergo ut hæc propositio: *non tan-*

In sensu contradictorio acceptæ debent exponi per disjunctivas

ratione id vincitur.



*tantum Petrus studet*; sit contradictoriè opposita illius affirmati-  
væ de signo per copulativam propositionem expositæ: *tantum  
Petrus studet*; debet aliter exponi & non per illam copulati-  
viam: *Et Petrus studet, & alij student*, nimirum debet expo-  
ni per hanc disjunctivam: *vel Petrus non studet, vel aliquis  
alius studet*, quomodo illam exponi debere, asserui superius.  
Si enim per hanc exponantur hæ propositiones: *tantum Pe-  
trus studet, non tantum Petrus studet*; pugnabunt secum non  
solum in qualitate, sed etiam in quantitate, nec possunt ambæ  
esse falsæ, aut ambæ veræ, nec in aliis conditionibus proposi-  
tionum contradictoriarum deficiunt. Sed quæres in quo  
ergo sensu accipitur hæ propositio: *non tantum Petrus stu-  
det*, dum exponitur per hanc copulativam: *& Petrus studet, &  
alij student*? Respondeo accipi illam in sensu ampliativo,  
in quo sensu accipi posse aliquas propositiones exceptivas su-  
pra docui.

### Ratione qualitatis

Dividitur propositio in affirmativam, & negativam.  
Hanc divisionem convenire propositioni ratione qualitatis, con-  
stat ex communi Philosophorum sensu, qui omnes affirmant,  
quod propositiones circa unum idemq; objectum, quarum una est  
affirmativa, altera negativa, pugnent secum in qualitate. Quid  
verò sit propositio affirmativa, quid negativa, responsum ha-  
bes Num. 12. superest cognoscendum, quæ ex his qualitas  
cuius in specie propositioni conveniat.

Ex propositionibus simplicibus, absolutis, de inesse,  
de 2do & 3tio adjacente, illæ propositiones sunt affirmativæ,  
in quibus neque subjecto communi syncategorema negativum,  
neque copula principali, aut toti propositioni præfigitur nega-  
tio. Negativæ è contra propositiones sunt, in quibus aut  
subjecto communi syncategorema negativum, aut copula  
principali, aut etiam toti propositioni negatio præfigitur.

Ex propositionibus modalibus illæ propositiones sunt  
affirmativæ, quæ habent modum affirmativum, quales modi  
sunt

56

57.  
propositiones  
simplices &c.  
quæ affirmati-  
væ, quæ ne-  
gativæ?

58.  
modales, quæ  
sunt

affirmativæ, sunt: *Necesse est, possibile est contingens est.* Illæ sunt negativæ, quæ negativæ, quæ habent modum negativum, quales modi sunt: *Impossibile est, necesse est non, possibile est non, contingens est non.*

59

Hinc inferes aliquas propositiones modales esse negativas, licet dictum illarum videatur esse affirmativum. Ut hæc propositio modalis: *Impossibile est hominem esse bovem;* est negativa, ratione solius modi negativi. Si tamen modus videatur esse affirmativus, & dictum negativum; propositio modalis est simpliciter negativa, modus enim per negationem dicti completur, & fit negativus. Ut fit in hac propositione: *Necesse est hominem non esse bovem.* Modus *Necesse est,* completur per negationem dicti, fitque modus negativus: *Necesse est non;* et ipsa propositio negativa. Quodsi & modus, & dictum fuerint negativa, propositio modalis erit affirmativa secundum dicta Num. 14. Et sic propositio hæc *Impossibile est hominem non esse animal;* quæ & modum, & dictum habet negativum, est propositio affirmativa, æquivaleret enim huic propositioni affirmativæ: *Necesse est hominem esse animal.*

60.

Hypotheticæ  
ite quæ affir-  
mativæ, quæ  
negativæ?

61

Ex propositionibus hypotheticis propositiones affirmativæ illæ sunt, in quibus affirmatur connexio vel conjunctio conditionis cum conditionato, negativæ sunt, in quibus negatur ralis connexio, vel conjunctio.

Hinc colliges. Ut propositio hypothetica sit affirmativa, impertinenter se habere, quòd conditio sit affirmativa, vel non; fieri enim potest, ut conditio sit negativa, & propositio hypothetica sit affirmativa; si nimirum conditio negativa sit connexa cum conditionato. Imò censent aliqui, non solum propositionem hypotheticam esse affirmativam dum conditio est negativa, conditionatum verò affirmativum, sed etiam propositionem hypotheticam posse esse affirmativam, etiamsi tam conditio, quam conditionatum fuerint negativa. Et sic hæc propositio hypothetica: *Si Petrus se non ingesserit in occasiones peccandi, non peccabit,* à quibusdam putatur esse affirmativa

riva

tiva, sicut & conditio & conditionatum sint negativa. Quare illa hypothetica est proprie negativa, per illamque negatur: connexio conditionis cum conditionato, in qua negatio præponitur toti propositioni hypotheticæ.

Ex complexis propositionibus illæ propositiones copulativæ sunt affirmativæ, quæ constant conjunctionibus affirmativis: *et, atque*, conjungentibus, vel propositiones simplices affirmativas, vel plures terminos simplices in unum terminum complexum propositionis itidem affirmativæ.

62  
complexæ affirmativæ.

Negativæ propositiones copulativæ sunt, quæ vel constant particulis copulativis negativis: *neque, nec*, conjungentibus plures propositiones simplices affirmativas in unam propositionem complexam, aut terminos plures simplices in unum terminum complexum propositionis. Vel per particulas affirmativas: *et, atque*, nectunt propositiones simplices negativas, aut plures terminos simplices in unum complexum propositionis negativæ.

Negativæ.

Disjunctivæ propositiones illæ sunt affirmativæ: in quibus particula disjunctivæ: *aut, vel*, nectunt propositiones simplices affirmativas, vel plures terminos simplices ejusdem propositionis affirmativæ. Propositio disjunctiva, illa est negativa, in qua particula disjunctiva: *vel, aut*, nectit propositiones simplices negativas, aut plures diversos terminos simplices unius ejusdemque propositionis negativæ.

Noto tam propositionem copulativam, quàm disjunctivam posse conjungere propositiones simplices, quarum una sit affirmativa, altera negativa. In quo casu talis propositio copulativa, sive disjunctiva est partim affirmativa, partim negativa; idque est affirmativa ratione diversæ propositionis simplicis, & respectu objecti ejusdem propositionis. Est negativa ratione alterius propositionis simplicis, & respectu objecti tali propositioni respondentis.

63  
aliquæ sunt partim affirmativæ, partim negativæ.

Propositiones causales, & rationales sunt affirmativæ, in quibus ante particulam causalem, vel illativam non præfigitur negatio

64  
Causalium, & Rationalium

**qualitas** negatio, quæ eam afficiat, & neget. In quibus verò præfigitur negatio iisdem particulis, easque afficit, & negat: illæ sunt Negativæ.

**65.** Propositiones exclusivæ, exceptivæ, & reduplicativæ dici possunt illæ esse affirmativæ, in quibus signum est affirmativum; illæ verò negativæ, in quibus signum est negativum. Dicitur deinde potest, an hujus modi propositiones sint affirmativæ, nec ne? id cognoscendum, & dijudicandum esse ex propositionibus, per quas exponi debent. Unde quæ propositiones exponuntur, & exponi debent per duas propositiones simplices affirmativas secum conjunctione copulatas, quo modo exponuntur, propositio exceptiva in sensu ampliativo accepta, & propositio reduplicativa; tales propositiones sunt affirmativæ simpliciter. Quæ verò exponi debent per utramque simplicem negativam, illæ sunt negativæ simpliciter. Tandem, quæ exponuntur per unam simplicem affirmativam, per alteram negativam; hæc respectu unius objecti sunt affirmativæ, respectu alterius negativæ. Exempla talium propositionum habebis inferiùs Num. 114 in schematibus oppositionis propositionum exceptivarum, exclusivarum, & reduplicativarum.

**66** Ratione qualitatis accidentalis dividitur propositio in veram, & falsam. Vera propositio est, quæ est conformis suo objecto, hoc est, ita enuntiat habere se objectum, prout defacto se habet. Propositio falsa, est propositio difformis objecto, seu, quæ enuntiat aliter se habere objectum, quam defacto se habeat.

**67.** Propositio vera subdividitur in propositionem essentialiter, seu necessariò veram, & in propositionem contingenter veram. Propositio essentialiter vera est, quæ ita est conformis suo objecto, ut non potuerit, nec possit non esse conformis; talis propositio est: *DEUS existit*. Propositio contingenter vera est, quæ ita est conformis objecto, ut potuerit non esse conformis; talis propositio est: *Petrus currit*. Hæc enim

enim *Petro currente* ita est conformis objecto, ut potuerit non esse conformis eidem, quatenus *Petrus potuit non currere*, quò *non currente*, propositio hæc: *Petrus currit*, non fuisset conformis objecto; adeoque nec fuisset vera.

Propositio falsa pariter dividitur, in propositionem essentialiter falsam, & in propositionem contingentem falsam. Illa, ita est falsa, ut non potuerit non esse falsa; hæc ita est falsa, ut potuerit non esse falsa. Ad falsam propositionem, eamque essentialiter falsam, revocatur tanquam ejus species, propositio seipsam falsificans. Est verò propositio seipsam falsificans illa, quæ, quod expresse affirmat per unum terminum, id ipsum exercite, tacite, vel etiam expresse negat per alium terminum; & è converso. Tales propositiones sunt: *Ego, qui loquor, sum mutus. Nihil dico. Invo, me non jurare. &c.*

Adverto. Cuius propositioni indispensabiliter debere convenire alterutram speciem qualitatis, sive essentialis, sive accidentalis: nimirum quævis propositio, necessariò est aut affirmativa, aut negativa; quævis item est, aut vera, aut falsa. Nec potest talis ulla propositio dari, quæ neque sit vera, neque falsa. Quibusnam verò propositionibus veritas, quibus falsitas conveniat? ex his, quæ subjungo, aliquatenus cognosces.

*Imo.* Propositiones in materia necessaria (intellige necessariam Metaphysicè) sive affirmativæ, sive negativæ, semper sunt veræ. Unde non solum hæc propositio affirmativa in materia necessaria: *Petrus est homo*, sed etiam hæc negativa in materia eadem necessaria: *Petrus non est lapis*, est vera. E contra propositiones in materia impossibili, tam affirmativæ, quam negativæ sunt falsæ. Et sic falsæ sunt hæc propositiones: *Petrus est lapis. Petrus non est homo.* Circa veritatem, & falsitatem propositionum in materia contingenti non potest quidquam certi, & determinati statui. Aliquæ illarum sunt veræ, quibus nimirum est conforme objectum, aliquæ

Essentialiter  
falsa?

Contingenter  
falsa?

Quid propositio  
seipsam  
falsificans?

68

Quævis propositio, aut vera, aut falsa?

69

Propositiones in materia necessaria, sunt veræ?

In materia impossibili sunt falsæ?

in materia contingente aut veræ, aut falsæ.

aliquæ sunt falsæ, quibus objectum est difforme, quæ illarum sunt veræ, sunt, & dicuntur contingenter veræ, quæ sunt falsæ, sunt, & dicuntur contingenter falsæ.

70  
Propositiones  
affirmativæ &  
negativæ sibi  
oppositæ, non  
possunt ambæ  
esse in mate-  
ria necessaria;

Noto hic diligenter, ex propositionibus oppositis, quarum una affirmat de subjecto prædicatum necessariò connexum, seu necessariò conveniens eidem subjecto, altera negat hoc ipsum prædicatum de eodem subjecto, non esse utramque in materia necessaria, sed sola affirmativa est in tali materia, negativa est in materia impossibili; unde ex his propositionibus: *Petrus est animal. Petrus non est animal.* Non est utraq; in materia necessaria, sed sola affirmativa est in materia necessaria; negativa verò est in materia impossibili; siquidem necessarium est *Petrum esse animal.* Impossibile verò est: *Petrum non esse animal.*

nec ambæ,  
in materia  
impossibili?

Similiter ex propositionibus, quarum una affirmat prædicatum de subjecto eidem subjecto repugnans, altera idem prædicatum negat de eodem subjecto, quales v.g. sunt hæ propositiones: *Petrus est bos. Petrus non est bos;* non est utraq; in materia impossibili, sed affirmativa non nisi est in tali materia. Negativa verò est in materia necessaria, quia licet *impossibile sit Petrum esse bovem,* tamen *Necessarium est Petrum non esse bovem.* Hinc confusio illa propositionum sive in materia necessaria, sive in materia impossibili, ratione cuius ambæ ex oppositis dicuntur esse in materia necessaria, dum propositio affirmativa est in tali materia. Et iterum ambæ ex oppositis dicuntur esse in materia impossibili, dum affirmativa est in tali materia. Hæc (inquam) propositionum confusio, occasionem dedit, ut à quibusdam propositiones affirmativæ in materia necessaria dicantur semper esse veræ; negativæ in eadem materia dicantur semper esse falsæ: E contra quòd affirmativæ in materia impossibili semper sunt falsæ, negativæ in hac ipsa materia semper sunt veræ.

Castigatiùs dicitur affirmativas in materia necessaria semper esse veras, illarum verò oppositas negativas ( quæ ta-  
men

men non sunt in materia necessaria) semper esse falsas. E contra affirmativas in materia impossibili semper esse falsas, ipsarum oppositas negativas, (quidquid sit de hoc, in quales sint materia] semper esse veras.

Dices. Si ex his propositionibus oppositis: *Petrus est animal: Petrus non est animal:* una esset in materia necessaria, altera esset in materia impossibili, propositiones contradictoriae non essent de eodem objecto, quia essent in diversa materia. Esse autem aliquas propositiones in diversa materia, est illas esse de diverso objecto. Ergo. Respondeo negando sequelam majoris. Nego ulterius propositiones aliquas esse in diversa materia, (intelligendo hos terminos secundum Dialecticam explicationem datam superius Num. 9 & 10] pro eodem debere, aut posse accipi, quod est, propositiones tales esse de diverso objecto. Si enim *haec* pro eodem acciperentur, deberent *haec* se mutuò inferre, essentque veræ illationes sequentes: *Aliqua sunt in eadem materia. Ergo sunt de eodem objecto.* Et iterum: *sunt de eodem objecto. Ergo sunt in eadem materia.* Quæ tamen illationes sunt falsæ. Si quidem propositiones: *Homo est animal rationale; bos est animal mugibile;* sunt in eadem materia, nimirum ambæ sunt in materia necessaria: neque tamen sunt de eodem objecto. Deinde de eodem objecto v.g. de eodem Petro possunt esse propositiones, & in materia necessaria, ut cum dico: *Petrus est homo;* & in materia impossibili, ut cum dico: *Petrus est lapis;* & in materia contingente, ut est propositio: *Petrus currit.* Ergo non sunt ista idem: propositiones aliquas esse de eodem objecto, & esse illas in eadem materia, vel è contra; adeoque nec propositiones contradictorias esse de eodem objecto, erit esse illas in eadem materia. Et ratio ulterior est, quia propositiones contradictorias esse de eodem objecto, est illas habere idem. subjectum objectivum & idem prædicatum objectivum. Esse autem propositiones contradictorias in eadem materia v.g. necessaria, est prædicatum necessariò

diversa hæc Philosophicè sunt; propositiones esse de eodè objecto; & esse illas in eadem materia.

Propositiones contradictoriae debent esse de eodem objecto, non semper

debet esse in  
eadem mate-  
ria.

convenire subjecto, quod enuntiat propositio affirmativa, & rursus, prædicatum necessariò non convenire subjecto, quod illi non convenire enuntiat propositio negativa. Atqui fieri potest, quòd propositiones contradictoriæ habeant idem prædicatum, & idem subjectum objectivum, absque eo quòd prædicatum necessariò conveniat subjecto, & idem prædicatum necessariò non conveniat eidem subjecto. Ergo fieri potest, ut propositiones contradictoriæ sint de eodem objecto, absque eo, quòd sint in eadem materia.

71  
Propositionum & 3tio adjacente, veritatem vel falsitatem habent, pro ratione simplicium veritas unde cognoscenda? sunt, vel in materia necessaria, vel in materia impossibili, vel in materia contingente, proindeque veritatem, vel falsitatem habent pro diversitate, vel exigentia materiæ juxta dicta proximè superius Num. 69.

72  
modalium, i-  
tem veritas  
ande?

3tio. Propositionum modalium veritas vel falsitas, non desumitur à veritate vel falsitate dicti: sed ex eo, quòd modus conveniat dicto. Unde hæc propositio: *Contingens est, Petrus currere*; licet dictum illius possit esse falsum, ipsa tamen propositio modalis est vera: quia modus, *Contingens est*; convenit dicto; defacto enim, *Contingens est, quod Petrus currat.*

73  
modi. *Possibile est, contingens est, quomodo sunt diversi?*

Noto hos modos particulares: *Possibile est, contingens est*, non posse semper pro eodem sumi, nec posse utrumque hunc modum cuivis dicto convenire, ut utraque propositio hinc proveniens sit vera. Nimirum licet modus: *Possibile est*, possit afficere dictum, cujus prædicatum est de essentia subjecti, ita, ut propositio sit vera, tamen idem dictum non potest afficere modus: *Contingens est*; cum veritate propositionis modalis. Hinc licet vera sit hæc propositio: *Possibile est hominem esse animal.* Falsa tamen est hæc altera: *Contingens est hominem esse animal.* Quodsi dictum sit contingens, illiusque prædicatum contingenter conveniat subjecto: sive ta-



le dictum afficiat modus: *Possibile est*; siue afficiat modus: *contingens est*; utraque propositio modalis erit vera. Et sic vera est utraque sequens propositio: *Possibile est Petrum currere. Contingens est Petrum currere.*

Noto 2do, Propositiones modales, si veræ sunt, esse illas essentialiter veras, si falsæ sunt, esse essentialiter falsas. Ratio est, quia cum veritas & falsitas propositionum modalium, non habeatur à veritate & falsitate dicti quæ contingens esse potest, sed habeatur à convenientia, vel non convenientia modi, ipsi dicto; siquidem modus necessariò convenit vel non convenit dicto; sequitur propositionē modālē semper esse, vel in materia necessaria, vel in materia impossibili; adeoq; secundum dicta Num. 69. Sequitur illam esse, aut essentialiter veram, aut essentialiter falsam. Et sic hæc propositio: *Contingens est hominem esse album*; est essentialiter vera. Modus enim necessariò convenit ipsi dicto, nequit enim *homo* aliter esse *albus*, nisi *contingenter*. Hæc verò propositio: *Contingens est hominem esse animal*; est essentialiter falsa, quia modus *Contingens est*; repugnat dicto, secundum quem modum dicitur: *Hominem esse animal.*

4to. Propositionum hypotheticarum veritas, non à veritate conditionis secundum se, nec à veritate conditionati secundum se, habetur; sed habetur à connexionione conditionis cum conditionato; unde hæc propositio: *Si DEUS in instanti A producit Antichristum, Antichristus in instanti A existit*, est vera: etiamsi nec conditio secundum se sit vera, nec conditionatum secundum se sit verum, sed est vera ratione connexionionis inter conditionem & conditionatum, quam propositio hypothetica enuntiat. Hinc ulterius habetur propositionem hypotheticam posse esse veram, etiamsi suppositio seu conditio sit impossibilis, dummodo ex tali conditione rectè inferatur conditionatum.

Quia verò connexio conditionis cum conditionato potest esse vel necessaria, vel impossibilis, vel contingens: sequitur

74  
Propositiones  
modales veræ  
sunt essentialiter  
veræ.

Falsæ, sunt  
essentialiter  
falsæ

76  
Propositionū  
hypotheticarum,  
veritas  
unde habeatur?

tur propositiones hypotheticas esse, vel in materia necessaria, vel in materia impossibili, vel in materia contingente; adeoque etiam his propositionibus veritatem, vel falsitatem convenire pro diversitate & exigentia ipsius materię, juxta dicta de aliis propositionibus.

76  
ut propositio  
copulativa sit  
vera, quid re-  
quitur?

sto, Ut propositio copulativa sit vera, requiritur essentialiter, ut omnes & singulę propositiones simplices, quibus constat copulativa, sint vera; quod si vel una illarum fuerit falsa, propositio copulativa erit simpliciter falsa. Et sic hæc propositio: *Et Petrus currit & Joannes currit*, est simpliciter falsa, si una ex simplicibus, quibus dicta copulativa constat, sit falsa; vg. si hæc sit falsa: *Joannes currit*. Cujus ipsius ratio est, quia propositio copulativa non solum enuntiat prædicata de subjectis propositionum simplicium, sed etiam affirmat conjunctionem veritatis objectivę unius propositionis, cum veritate objectiva alterius propositionis simplicis. Ergo ut sit propositio copulativa vera, debet ex parte objecti esse conjunctio hæc veritatum objectivarum; si enim non fuerit, propositio non erit conformis objecto, adeoque non erit vera. Atqui ex propositionibus simplicibus, quibus constat copulativa, una propositione simplici existente falsa, non est præfata veritatum objectivarum conjunctio. Ergo unã propositionum simplicium existente falsa, etiam ipsa propositio copulativa est simpliciter falsa.

quid itē requi-  
ritur ut disjun-  
ctiva sit vera?

Propositio verò disjunctiva, in qua particula disjunctiva accipitur *exclusivę* ut sit vera, requiritur, ut una propositio ex simplicibus per disjunctionem tecum conjunctis sit vera, alię sint falsę. Et sic ut hæc propositio disjunctiva: *Petrus vel existit, vel non existit*, sit vera, una ex simplicibus, quibus constat, debet esse vera, altera falsa. Quodsi particula disjunctiva accipiatur *præcisivę*, idemque significet, quod, *ad minimum*, poterit utraque propositio simplex ex iis, quę sub disjunctione veniunt, esse vera; nec utriusque, vel etiam plurius propositionum simplicium, quibus constat propositio disjunctiva

ctiva, veritas officiet quidquam veritati ipsius propositionis disjunctivæ, quamvis ad hanc veritas alterius propositionis simplicis vel aliarum, non sit necessaria, habeatque se per accidens. Patet id in hac propositione disjunctiva: *vel Petrus est animal, vel Paulus est animal*; quæ propositio non minus est vera, atque est vera hæc particularis: *Aliquis homo est animal*, propositioni illi disjunctivæ æquivalens. Et tamen ambæ propositiones simplices, quas complectitur disjunctiva, sunt veræ, licet ad veritatem ejusdem propositionis disjunctivæ, veritas unius propositionis simplicis sufficiat & requiratur essentialiter, alterius autem veritas habeat se per accidens.

Causalis propositio est vera, quando conformiter ad objectum enunciat effectum in propositione causali expressum, ex causa itidem expressa sequi & inferri. Rationalis propositio est vera, in qua conformiter ad objectum ex effectu inferitur causa ejusdem, seu cum propositioni causam ex effectu inferenti respondet in objecto connexio effectus cum causa, inferens talem causam.

77  
Quæ propositio causalis, & quæ rationalis sunt veræ?

Propositiones exponibiles sunt veræ vel falsæ, si propositiones per quas exponi debent, sunt veræ vel falsæ: Porro an propositiones exponentes sint veræ vel falsæ, dijudicandum est ex Num. 76. & 77. Exponentes enim quarumvis propositionum exponibilium, aut sunt copulativæ, aut disjunctivæ, aut causales, aut rationales.

78  
Propositionum exponibilium veritas unde cognoscenda est?

### PUNCTUM III.

#### De Definitione, & Divisione.

**D**efinitio eatenus inter species propositionis locum habet, quatenus est enuntiatio prædicatorum rem explicantium de eadem re, per alium terminum non ita clarum, expressa. Quod si definitio accipiatur præcisè secundum

Definitio &

R3



divisio, qua rādum prædicata rei, nimirum secundum genus, & differentiam tione spectant quibus constare debet, potius ad terminum complexum spe- ad secundam Etabit, & non ad propositionem. Divisio verò eatenus est intellectus o- perationem? propositio, quatenus totum distribuit in suas partes, idque ipsam enuntiat.

Tam definitio, quàm divisio, dicuntur instrumenta sciendi, ex eo, quòd per definitionem essentia rei pandatur, & clarè innotescat; per divisionem verò evolvantur involucria, quæ rem obscuram faciunt, totumque ex suis partibus cognoscitur. Dicuntur præterea modi sciendi, seu modi rem clarè cognoscendi & intelligendi. Per scientiam interim intelligendo claram cognitionem rei, non verò cognitionem deductam ex præmissis certis & evidentibus. De utraque illarum hæc inquirentur: 1mo, quid sit? 2do, quotuplex sit sive definitio, sive divisio? 3tio, quæ sint leges rectæ definitionis aut divisionis?

## De Definitione


Quæritur 1mo. Quid sit definitio?

79. Quid est definitio? Respondeo. Definitio universalissimè accepta, est oratio explicativa rei, ex vi cuius clarè innotescit, quid sit res? Ab aliis sic definitur, est oratio explicans naturam rei, quæ tamen definitionis definitio videtur potissimum convenire definitioni essentiali.

Quæritur 2do Quotuplex sit definitio?

80. Quid definitio nominis? Respondeo, definitionem dividi in definitionem nominis, & definitionem rei. Definitio nominis, quæ explicat vocem & nomen, quò res aliqua appellatur; talis definitio est, dum dico: *Rex dicitur à regendo.* Definitio rei est illa, quæ explicat ipsam rem secundum se. Res quæ per definitionem explicatur, communiter appellatur definitum.

81. Definitio essentialis quæ? Respondeo. Definitio rei dividitur in essentialem, accidentalem, & causalem. Essentialis definitio, quæ proprie ad Philosophos spectat, est oratio explicans naturam rei per partes essentialis ejusdem. Hæc definitio alio nomine dicitur definitio



tio quidditativa, idque ex eo, quia per talem definitionem responderi solet ad interrogationem, quid sit res? Definitio essentialis subdividitur ulterius in essentialem Metaphysicam, & in essentialem Physicam. Essentialis metaphysica definitio, est hæc alia est essentialis Metaphysica oratio explicans naturam rei per partes Metaphysicas ejusdem, hoc est, per prædicata primò essentialia rei, quorum unum habeat se per modum partis materialis, alterum per modum partis formalis, hoc est, per genus proximum & differentiam ultimam. Porro per genus proximum intelligitur genus inter prædicata generica rei quæ definitur, infimum, seu tale prædicatum, per quod res cum paucissimis notabiliter à se differentibus convenit. Per differentiam verò ultimam intelligitur differentia, quæ inter prædicata differentialia rei est postrema, estque prædicatum ita conveniens rei, ut per illud res differat ab alijs secum in proximo genere convenientibus. Exemplum definitionis essentialis Metaphysicæ habes in illa hominis definitione, *Homo est animal rationale*. Definitio essentialis Physica est illa, quæ rei Physicè compositæ explicat naturam per partes ejusdem essentialis Physicæ partes, hæc est realiter, & non præcisè ratione nostra distinctas, quarum una sit materia, altera forma, & quæ ita requiruntur ad esse naturæ seu essentiæ rei, ut quacunque illarum ablatâ, pereat & auferatur essentia rei, seu ipsa res. Talis est illa definitio hominis: *Homo est compositum substantiale physicum, constans corpore & anima rationali secum unitis*.

Definitio accidentalis est explicatio rei per prædicata extra essentialia rei, quæ vel sunt prædicata 2dò essentialia rei, quæ nimirum supponunt prædicata essentialia priora, & primò essentialia dicta, per illaque rem in suo esse perfectè constitutam. Talis esset definitio, *si homo* definitur per hoc, quòd sit *Animal admirativum, risibile*. Vel sunt aliquæ denominationes accidentales rei, quæ definitur, propriæ; eique convenientes. Per tales denominationes videtur facta esse

esse definitio illa hominis Platonica: *Homo est animal implume, bipes, erecto vultu incedens, articulatè loquens &c.* Ad definitionē accidentālē ab aliquibus revocatur definitio integralis, quæ fieret per partes integrantes rei, idq; ex eo, quòd tales partes, si sumantur singillatim, non sint de essentia rei, sed res sine una quaq; illarū saltem divinitus potest subsistere. Est autē definitio integralis explicatio rei, per enuntiationem partium integrantiū, quibus res constat, & quæ ad perfectionem potiùs quàm ad essentiam rei pertinent. Talis definitio est, si homo definiatur per hoc, *quòd consistet capite, pectore, manibus, pedibus, & aliis corporis partibus.*

83  
Definitio causalis quæ?

potest fieri vel per unum genus causæ vel per plura genera.

Definitio causalis est descriptio seu explicatio rei per causas extrinsecas ejusdem. Porro tres potissimum species causæ extrinsecæ, per quas res possunt, & solent defini, numerantur. Causa efficiens, causa finalis, & causa exemplaris. Causa efficiens est, à qua res efficitur, suumque accipit esse. Causa finalis, est finis propter quem res fit vel facta est. Causa exemplaris, est exemplar seu idea cui effectus conformatur. Præter tres has species causæ extrinsecæ, est etiam causa materialis extrinseca, quæ est subiectum dependenter à quo forma aliqua producitur & conservatur. Hæc tamen causa non est ita universalis, ac illæ tres. Non omnis enim res creata habet causam materialem, sicut quævis habet causam efficientem finalem, & exemplarem. Hinc fit, quòd per causam materialem non definiantur res, vel rarissimè non nisi definiantur. Definitio causalis potest fieri, vel per unum genus causæ, vel per duo, vel tria memorata causæ genera. Per hæc omnia sic potest defini: *homo est ens creatum à DEO propter felicitatem & beatitudinem æternam, ad imaginem & similitudinem DEI.* Addidi in definitione: *per causas extrinsecas*: Si enim definitio fiat per causas intrinsecas, quales causæ sunt materia & forma. Talis definitio erit formalissimè ipsa definitio essentialis physica. Quodsi res fuerit definita, tam per causas intrinsecas, quàm per causas extrinsecas, talis definitio erit partim essentialis physica, partim causalis.

Dices

Dices, Aristoteles in lib. posteriorum resolutiorum docet definitionem per causam finalem esse essentialium optimam. Respondeo in loco & textu citato essentialem definitionem latius accipi, nimirum accipitur pro definitione per aliquid essentialiter, hoc est: metaphysicè necessarium; in qua acceptione & definitio rei creatæ per causam efficientem est essentialis, & definitio per causam exemplarem est essentialis, & definitio per causam finalem est essentialis, idque definitio per talem causam est optima comparatè ad duas priores. Simul tamen hæ definitiones sunt causales distinctæ à definitione essentiali, quæ est per partes essentielles rei.

Quæritur 3tio. quænam sint leges bonæ definitionis?

Respondeo: plures esse tales leges, quas propono.

1ma Lex est, quòd definitio debeat explicare essentialitatem rei. Unde negationes & impossibilia non possunt propriè definiri, cum enim non sint ens, nec res, non habent essentialitatem & naturam, quæ per definitionem explicetur. Quòd si definiuntur negationes & impossibilia, hæ ipsorum definitio non est propriè talis: non nisi enim describuntur per oppositionem cum ente positivo actu existente vel possibili, seu describuntur per non esse prædicatorum explicantium essentialitatem rei oppositæ, aut certè per similitudinem aliquam cum entibus positivis, & ad instar talium entium.

2da. Lex est, quòd bona definitio [intellige essentialis Metaphysica, de qua potissimum agunt Philosophi] debeat constare genere proximo & differentia ultima. Quid veniat nomine generis proximi? quid nomine differentia? differentia ultimæ? differentia ultimæ? dicitur est num. 81. Hic illud adhuc adverto: differentiam ita esse ultimam, ut alio certo respectu & sensu possit dici prima. Est ultima per respectum ad differentias superiores & subalternas, respectu quarum differentia, per quam res definitur, debet esse infima & ultima. Potest etiam eadem differentia dici, & quandoque à Philosophis dicitur 1ma per respectum ad prædicata secundò essentialia rei, per quæ etiam

Definitio per causam finalem quo sensu dicitur esse omnium essentialium optima

84.  
definitio debet explicare essentialitatem rei.

85  
debet constare genere proximo & differentia ultima.

Eadem differentia uno respectu est ultima.

alterò est prima res differt ab aliis, quæ non sunt ipsa, sed non primò differt; datur enim prædicatum essentialè his omnibus ratione nostra prius, quòd scilicet cognoscitur per ordinem ad connotata priora connotatis prædicatorum illorum, quæ 2dò essentialia dicuntur; quòd item ex modo nostro concipiendi est prima radix illorum aliorum prædicatorum ita, ut hæc inferantur ex dicto prædicato, & concipiantur tanquam proprietates ex sua radice ex illo prædicato promanare. Et hoc prædicatum ita prius aliis, est differentia rei constitutiva essentialis metaphysicæ ejusdem rei, in sensu explicato ima. Et sic prædicatum hominis, quòd est *rationalè*, est & dicitur differentia ultima; supponit enim differentias priores & superiores, quales sunt: *sensitivum, animatum, corporeum*; per quæ prædicata *homo* differt à multis ita, ut simul per eadem conveniat cum aliis multis, quæ non sunt *homo*. Prædicatum verò *rationalè*, est infimum & ultimum inter differentialia, per quod *homo* differt ab omnibus quæ non sunt *homo*. Simulque idem prædicatum *rationalè*, est alio certo sensu & respectu prædicatum primò essentialè: est enim ratione nostra prius aliis prædicatis itidem differentialibus, per quæ pariter *homo* differt ab omnibus, quæ non sunt *homo*: qualia prædicata sunt: *admirativum, risibile* &c. Prædicatum enim *rationalè* ad priora connotata cognoscitur, nimirum per ordinem ad *ratiocinationes*: quæ priores sunt: *admiratione & risu* connotatis prædicatorum *admirativi, & risibilis*. Præterea, *rationalè* est prima radix, ex qua inferuntur, & ex modo nostro concipiendi fluunt & promanant alia illa prædicata tanquam suæ proprietates.

86  
definitio debet  
esse clarior suo  
definito.

3tia Lex est. Definitio debet esse clarior suo definito, quia omnis explicatio debet esse clarior & notior re illa, quæ explicatur. Cum ergo definitio sit explicatio rei jusque naturæ, definitum sit res quæ explicatur, definitio debet esse clarior suo definito.

87

4ta Lex est. Definitio debet convenire omni, soli & semper



semper suo definito. Debet imprimis convenire *omni* definito. Cui enim convenit hujus vel illius speciei natura, illi etiam debet convenire talis naturæ explicatio: si explicatio est bona & conformis objecto. Cum ergo omni definito debeat convenire sua natura ipsi, seu toti suæ speciei propria, etiam explicatio talis naturæ per definitionem facta debet convenire omni definito. Debet deinde convenire *Soli* definito, quia aliàs definitio non constaret differentiâ proximâ & ultimâ, per quam differret definitum ab omnibus, quæ non sunt ipsum, quali tamen differentia debet constare bona & recta definitio. Tandem definitio debet convenire *semper* suo definito, quia, sicut implicat ut res aliquando sit sine sua natura & essentia, ita enim fieret, ut illa res esset sine se ipsa. quòd in terminis repugnat; ita implicat, ut explicatio essentia, quæ semel convenit definito, non conveniat eidem aliquando.

debet convenire omni soli & semper suo definito.

Ista Lex est. Definitio debet converti cum suo definito, hoc est: (ut quidam explicant) cui convenit ratio definiti, illi etiam debet convenire ratio definitionis, ac de eodè tam hæc, quam illa, debent in veritate prædicari seu affirmari. Et è contra: cui non convenit unum ex his, eidem etiam alterum non debet convenire.

88  
debet item converti cum suo definito.

Alii hanc legem sic explicant: quòd debeat valere consequentia à definitione ad definitum & vicissim, idque tam viâ affirmativâ, quam viâ negativâ, ex. gr. hoc modo: *Est homo: Ergo est animal rationale, Est animal rationale, Ergo est homo.* Et iterum: *Non est homo, Ergo non est animal rationale. Non est animal rationale, Ergo non est homo.* Sic explicata convertibilitas definitionis cum definito est fundamentum; ut ex hoc definitionis loco plures utiles argumentationes erui possint. Tredecim legitimas posse erui existimat, ac singulas enumerat R. P. Joannes de Ulloa, ratione quarum definitio instrumentum & medium sciendi meritò dici solet.

Quo sensu hæc lex sit intelligenda?

Alii demum hanc legem sic intelligi volunt, quòd definitio objectiva debeat identificari definito ob-

jectivo

jectivo, & vicissim definitum objectum definitioni objectivæ ita, ut de quo est affirmabilis vel negabilis definitio objectiva, de eodem sit affirmabile vel negabile definitum objectivum, & è converso.

89  
definitio alia  
est objectiva  
alia formalis  
similiter & de-  
finitum

Noto conformiter ad dicta num. 64. Disp. 1. Definitionem aliam esse formalem, aliam objectivam; pariter definitum aliud est formale, aliud objectivum. Definitio formalis, est Actus Intellectûs explicans naturam rei. Definitio objectiva, est objectum respondens definitioni formali, per illam attractum & representatum. Definitum formale, est actus intellectûs, seu conceptus mentis nostræ suum objectum representans ruditer & minus clarè. Definitum objectivum, est objectum respondens definito formali, representatum ab hoc ipso.

90  
Identitas con-  
venit defini-  
tioni objecti-  
væ cum defi-  
nito objectivo.

Noto 2do, Licet definitio objectiva, & definitum objectivum realiter secum identificentur ita, ut hæc identitas sit fundamentum mutuae veræ prædicabilitatis duorum istorum de se invicem; tamen definitio formalis, & definitum formale non necessariò secum identificantur, sed sunt actus intellectûs plerumque realiter à se distincti, quorum unus dicitur definitio formalis, alter dicitur definitum formale; ut patet in his duobus actibus: *Petrus est homo*, *Petrus est animal rationale*. Unde inferes definitionem formalem non necessariò esse prædicabilem verè de definito formali, aliàs unus actus intellectûs posset verè affirmari de alio realiter à se distincto. Inferes deinde: Definitioni formali, & definito formali, hoc nonnisi sensu convertibilitatem convenire, quòd idem omnino realiter objectum representetur seu affirmetur, vel negetur per definitionem formalem, quòd objectum representatur seu affirmatur, vel negatur per definitum formale.

91  
definitum non  
debet ingredi  
definitionem.

6ta Lex bonæ definitionis est. Definitum non debet ingredi definitionem. Regula hæc infundatur legi tertiæ, quæ præscribit, ut definitio sit clarior suo definito. Definitio verò quam ingreditur definitum, non potest esse clarior suo definito.

finito, quia definitum non est clarius se ipso, esset autem clarius se ipso, quia explicaretur per se ipsum in definitione positum.

7ma Lex est. Definitio non debet fieri per particulas disjunctivas, talis enim definitio genus potius divideret in suas species, vel totum in partes, & non explicaret naturam illis speciebus communem, seu definito convenientem: quod tamen definitio præstare debet.

8va Lex est, Definitio rei positivæ propriè & dialecticè talis, non debet fieri per conceptus negativos: sicut enim essentia rei positivæ est quid positivum: ita exigit explicari per conceptum positivum, & non per conceptum negativum. Deinde, conceptus negativi non possunt bene explicare rem positivam, quia non sunt clariores suo definito; clarius enim est quid sit rem esse, quàm quid non esse. Præterea, talis definitio non constat genere proximo & differentia ultima; prædicata enim communia entibus positivis & negativis non possunt esse genus proximum & differentia ultima, quia sunt prædicata supertranscendentia, quæ latissimè patent.

Dices, de quibusdam entibus clarius est quid non sint, quàm quid sint, ut de DEO ejusque prædicatis notius est, quid non sint, quàm quid sint. Idem dicendum est de terminis, qui sunt primò clarissimi, vg. *unum, aliquid, verum* &c. Respondeo negando, quòd si dentur rei alicujus positivæ duo conceptus, unus explicans rem per prædicata negativa negativa quid res non sit, alter conceptus explicans rem per prædicata positiva, idque per genus proximum & differentiam ultimam, quòd inquam negativus futurus sit clarior claritate illa, quæ dialecticè in definitione propriè tali requiritur. Qui Deum conceptu negativo, eoque multis negationibus infarto definiunt, consulant doctos; quid de claritate talis conceptus sentiant.

Quòd si aliquando conceptus definitivus alicujus rei dari non poterit, poterit quidem talis res conceptu negativo exprimi. Hic tamen conceptus non erit dialecticè definitivus

92.  
non debet fieri per particulas disjunctivas.

93.  
definitio rei positivæ debet fieri per conceptus positivos.

Definitiones per conceptus negativos non sunt dialecticè tales.

94  
In definitio-  
ne nihil debet  
esse superflu-  
um, nihil de  
esse necessa-  
rium.

finitivus rei, sed erit aliqua descriptio rem aliquomodo noti-  
ficans, quam ipsam definitō clariorem esse oportet.

94  
9na Lex est. In definitione nihil debet poni superflu-  
um, & nihil deesse necessarium. Unde non bene quis defini-  
ret hominem: *Homo est animal sensitivum rationale.* Non  
bene item sic definirer: *Homo est vivens rationale.* In  
priori enim definitione poneretur aliquid superfluum, scili-  
cet *ly sensitivum*, quod utique neque est genus proximum  
hominis, nec differentia ultima ejusdem, licet tamen sit dif-  
ferentia subalterna, hæc tamen & inclusa, & sufficienter ex-  
pressa est per *ly animal.* In altera definitione deest ge-  
nus proximum, nimirum *animal*, & loco illius ponitur genus  
remotius, nimirum *vivens*; cum tamen ad rationem bonæ  
definitionis requiratur, ut constet genere proximo.

95  
Noto, omnes has leges bonæ definitionis ( ut alias  
monui ] procedere principaliter de definitione essentiali me-  
taphysica, quæ explicat naturam seu essentiam rei per par-  
tes essentielles metaphysicas, nimirum per genus & differen-  
tiam. Non procedunt verò de aliis speciebus definitionis,  
ad quarum bonitatem sufficit, quod sint clariore suo defini-  
to, illique omni & soli conveniant.

### De Divisione

#### Quæritur, imo quid sit Divisio?

96  
Quid est divisio?  
Respondeo, divisionem esse orationem distribuentem aliquod  
totum in suas partes:

Quæritur 2do quotuplex sit Divisio?

97  
Quid divisio  
nominis?

Dividitur universalissimè divisio in divisionem rei, & in  
divisionem nominis. Divisio nominis, est oratio vi-  
cujus nomen æquivocum vel analogum dividitur in  
sua diversa æquivocata vel analogata. Talis divisio est, dum  
dicitur: *Canis alius est terrestris lavrarius, alius marinus, alius ce-  
lestis.* Divisio hæc, ex eo dicitur divisio nominis, quod uni-  
tatem

tatem quam essentialiter supponit divisio, in solo nomine inveniat: siquidem ratio substantiæ per nomen æquivocum significata est omnino diversa. Ratio verò substantiæ per nomen analogum significata, partim sit eadem, partim diversa.

Divisio rei, est oratio totum aliquod, cujus non solum nomen est commune, sed etiam ratio substantiæ per nomen significata omnino est eadem, tale inquam totum distribuens in suas partes. Id quod dividitur, dicitur *divisum*: partes in quas dividitur, dicuntur *membra dividenda*.

Divisio rei dividitur in divisionem potestativam, divisionem essentialem, divisionem accidentalem & divisionem integram. Divisio potestativa est, vi cujus totum potestativum distribuitur in suas partes. Est autem totum potestativum, prædicatum quodcumque commune & superius; partes potestativæ, sunt species vel individua sub illo prædicato superiore contenta. Porro, prædicatum commune & superius ex eo dicitur totum potestativum seu totum in potentia, quia licet non componatur actu suis inferioribus, quatenus tamen potest contrahi jam ad hanc, jam ad illam speciem, ad hoc vel illud individuum, censetur tales species & individua in se aut verius sub se continere tanquam suas partes potestativas. Tale totum potestativum est *ly animal*: partes illius potestativæ: *animal rationale, & animal irrationale*. Habita hac notitia totius potestativi ejusque partium, divisionem potestativam clarius sic defines: est oratio distribuens prædicatum aliquod commune & superius in inferiora sub illo contenta. Talis divisio est dum dico: *Animal aliud est rationale, aliud irrationale*.

Divisio essentialis, est oratio distribuens totum actuale essentialis in suas partes. Est autem totum actuale essentialis, quòd actu continet partes, ex iisque ita constituitur, ut illæ sint de essentia totius, hoc est: ita requiruntur ad esse totius, ut quacunque illarum ablatâ, essentia totius non subsistat; tales partes censentur esse pars materialis & pars formalis

Quid divisio rei

98  
Hæc alia est potestativa,

Quid totum potestativum, quid partes potestativæ

99  
alia est divisio essentialis

eaque vel me- metaphysica. Divisio essentialis subdividitur in divisionem essentialem metaphysicam, & in divisionem essentialem physicam. Divisio essentialis metaphysica est, vi cujus totum essentialē metaphysicum, hoc est: constitutum partibus sola ratione distinctis, quarum una habet se per modum partis materialis, altera habet se per modum partis formalis, dividitur in easdem partes, seu vi cujus species subalterna, vel infima dividitur in genus & differentiam, ex quibus metaphysicè componitur: talis divisio *hominis est in animal & rationale*. Divisio essentialis physica est, ex vi cujus totum essentialē physicum, quod nimirum constat partibus substantialibus realiter distinctis & ad se invicem ordinatis, quarum una est materia, altera forma; tele inquam totum dividitur in easdem ipsas partes. Hujusmodi divisio est, per quam homo dividitur in corpus & animam. Cùm dico: *Quidquid est homo, est vel corpus, vel anima, vel hæc duo secum unita.*

100. Divisio accidentalis est, vi cujus dividitur vel subjectum in sua accidentia, aut potius in denominationes, quæ subjecto convenire possunt, ut cùm dico: *homo alius est doctus, alius indoctus*; vel dividitur accidens aut potius denominatio accidentalis in sua subiecta, quibus hæc convenire solet; ut cùm dico: *album aliud est vivens, aliud inanimatum*; vel denique dividitur unum aliquod accidens in alia accidentia, hoc est una aliqua denominatio accidentalis in alias denominationes accidentales, cum quibus in uno subjecto solet convenire; talis divisio est cùm dico: *Album aliud est dulce, aliud amarum.*

101. Divisio integralis est, vi cujus totum aliquod integrale, hoc est: constans partibus non ad essentialiam rei, sed ad integritatem seu ad perfectionem integram ejusdem rei spectantibus, dividitur in has ipsas partes. Talis divisio est, si *Corpus humanum* dividatur in *Caput, cor, pectus, manus, pedes &c.* Quæ partes licet non sint de essentialia sui totius, nimirum *corporis humani*, siquidem sine unaquaque illarum potest subsistere ratio ejusdem totius: spectant tamen ad integritatem & per-

& perfectionem ipsius. Tali divisione totum integrale dividitur aliquando in partes *homogeneas*, hoc est: ejusdem inter se rationis, sibi que similes: quomodo dividitur *aqua* in plures *guttus*; aliquando dividitur in partes *heterogeneas*, hoc est: in partes diversæ rationis, & sibi dissimiles. Sic dividitur *Corpus humanum* in *Carnem, ossa, nervos, cerebrum, cor, oculos.* &c. quæ partes sunt diversæ rationis, & sibi dissimiles. Et quia totum integrale aliud est *permanens*, aliud *successivum*, illius partes simul actu existunt, hujus partes sibi succedunt, nec possunt sibi cõexistere, ut totius *successivi*, quod est *tempus*, non possunt sibi cõexistere partes, nimirum *hora quadrantes, minuta.* Ideo divisio integralis subdividi potest in species divisionis talibus totis correspondentes.

Quæritur 3tio, Quæ sint Leges bonæ Divisionis?

Respondeo has plures esse.

Ima Lex est, ut unum membrum dividens non adæquet suum divisum, nec excedat; hoc est: ut singula membra dividenda nec latius, nec æquè latè pateant atque totum divisum. Cujus ratio est, quia totum debet esse majus sua parte; non esset autem majus, si pars illud adæquaret, vel excederet. Adæquaret verò pars totum, si membrum dividens, quod utique est pars totius divisi, æquè latè pateret ac ipsum divisum. Excederet pars totum, si membrum dividens latius pateret, hoc est: plus diceret quàm divisum. Hinc non bene divideretur *Animal in sensitivum & rationale*; unum enim membrum dividens, quod est *sensitivum*, æquè latè pateret ac ipsum totum divisum quod est *animal.*

2da Lex est. Omnia membra dividenda simul sumpta debent adæquare ipsum divisum, hoc est: non debent excedere totum divisum, nec ab illo excedi. Ratio est, quia totum nihil aliud est, nisi omnes suæ partes simul sumptæ. Ergo non potest ab illis excedi, nec illas excedere, aliàs aliquid se ipsum excederet, aut à se ipso excederetur, quod utrumque implicat. Hinc non rectè dividitur *Animal in brutum &*

vel in partes  
homogeneas.

vel in partes  
heterogeneas.

permanentes  
vel successivas.

102

membrum di-  
videns non de-  
bet adæquare  
totum divisum.

103

Omnia mem-  
bra dividenda  
simul sumpta  
debent adæ-  
quare totum.

*volucres*; membra enim dividencia simul sumpta non adæquant totum, sed ab illo excedunt. Cum præter *bruta*, & *volucres* dentur alia *animalia*, nimirum: *homines*, *pisces*, *insecta*, *vermes* &c. in quæ insuper *animal* dividi deberet, ut omnia hæc membra dividencia simul sumpta adæquent totum divisum, quod est *animal*.

104  
Divisio debet fieri in membra quæ continentur in divisio.  
3tia Lex est. Divisio debet fieri in membra, quæ continentur in toto divisio. Ratio est, quia membra dividencia debent esse partes totius, ut patet ex definitione divisionis. Ergo debent contineri in toto, pars enim totius debet contineri in toto, vel si non continetur, non est pars totius, adeoque nec membrum dividens. Hinc *animal* non bene divideretur in *rationalē*, *irrationalē*, & *immaterialē*; quia hæc divisio esset in membrum, quod non continetur in toto divisio: nimirum in *ly immaterialē*. Nullum enim *animal* est aut potest esse *immaterialē*.

105  
Unum membrum dividens non debet continere aliud.  
4ta Lex est. Unum membrum dividens non debet in se continere aliud. In tali enim divisione idem membrum bis repereretur: semel secundum se, & iterum ut inclusum in altero membro, quod tanquam superfluum rectæ divisioni non convenit. Hinc non bona esset divisio *Animalis in rationalē*, *irrationalē* & *mugibile*. *Irrationalē* enim continet in se *mugibile*, adeoque *mugibile* tanquam tertium membrum dividens additur superflue.

106  
Divisio fiat in membra paucissima & proxima.  
5ta Lex est: Ut divisio fiat in membra quàm paucissima & proxima. Si enim fieret in multa membra, confusio hinc sequeretur in enumeratione plurium illorum meritorum, quæ ab instrumento sciendi, quale est divisio, procul abesse debet. Curandum itaque est, ut illa plura membra dividencia revocentur ad duo vel paucissima & proxima membra, quæ, illa plura sub se contineant. Hinc non bene divideretur *vivens in hominem*, *plantam*, *brutum*, *volucres*, *pisces* &c. Potest enim immediatius dividi in species pauciores, scilicet: in *vivens sensitivum*, & in *vivens insensitivum*. Ex quibus deinde una quæque species in alias inferiores subdividetur, si opus fuerit.

Noto



Noto divisionem explicatam esse caput, & fontem plurimum argumentationum utilium. Non ex quavis tamen divisionis specie eodem modo argumentari infallibiliter licet. Etiam si enim à toto essentiali actuali, sive metaphyfico, sive physico, bona sit illatio viâ affirmativâ ad quamcunque partem actualem ejusdem totius determinatè acceptam, bene enim arguo: *Petrus est homo, Ergo Petrus est animal. Ergo Petrus est rationalis. Ergo constat animâ. Ergo constat corpore.* Tamen à toto diviso potestativo non valet consequentia, & illatio viâ affirmativâ ad ullam partem potestativam determinatè acceptam. Et sic non valet hæc illatio: *Hoc ens est animal. Ergo hoc ens est homo.* Cujus ipsius ratio est, quia totum potestativum est propriissimè pars, eaque actualis & materialis respectu inferioris, quod sub se continet, adeoque est pars actualis materialis cujuscunque suæ partis potestativæ: hæc enim est totum actuale constitutum totò potestativò tanquam sua parte actuali. Cum ergo à parte actuali materiali non valeat illatio viâ affirmativâ ad totum actuale. Ex una enim parte, illa præcipuè, quæ est indifferens ad constituendum hoc vel illud totum, non bene inferitur hoc potiùs totum, quàm aliud. Et sic non bene inferes: *Existit materia. Ergo existit homo.* Sequitur hinc non valere consequentiam per affirmationem à toto potestativo ad partem potestativam determinatè acceptam, nimirum: non valere hanc consequentiam: *Hoc ens est animal. Ergo hoc ens est homo.* Ly enim animal, ita est totum potestativum respectu hominis, & homo est pars, ut ly animal sit pars actualis metaphysica respectu hominis; est enim genus, quod in constitutione speciei sub se contentæ, habet se per modum partis materialis.

Addidi, non valere consequentiam viâ affirmativâ à toto potestativo ad partem potestativam determinatè acceptam. Valet enim consequentia ab eodem toto ad unam partem potestativam indeterminatè acceptam, hoc est: ad aliquam ex omnibus sub disjunctione enumeratis in hunc v.g. modum.

T2

Hoc vas.

107

aliter arguitur à toto essentiali ad suas partes, & aliter à toto potestativo.

Quomodo à toto potestativo rectè arguitur ad partes potestati-

*Hoc ens est animal. Ergo hoc ens est vel animal rationale, vel animal irrationale.* Ratio est, quia hæc propositio: *Hoc ens est animal*, cum sit affirmativa, prædicatum illius commune habet suppositionem disjunctivam per num. 83. Disp. 1. Ergo potest à prædicato tali fieri descensus disjunctivus. Sed hic fit per illationem alicujus indeterminatè speciei *animalis*, sub disjunctione affirmativæ de subjecto prioris propositionis, nimirum cum dicitur: *Ergo hoc ens est vel Animal rationale, vel irrationale*, Ergo hæc illatio bene fieri potest.

Addidi iterum, à toto potestativo viâ affirmativâ non valere consequentiam ad partem unam potestativam determinatè acceptam: si inquam à toto potestativo viâ præcisè affirmativâ arguatur. Si enim à tali toto arguatur viâ affirmativâ, & simul indivisim arguatur viâ negativâ ab omnibus membris dividendis, unô prætermisso, valebit tunc consequentia ad membrum dividens determinatè acceptum, quod prætermissum fuit. Et sic valet hæc consequentia: *Hoc ens est animal, & non est animal irrationale. Ergo est animal rationale.*

108

Viâ negativâ, quæ consequentia valet à toto potestativo? Noto 2dò, viâ negativâ valere consequentiam à toto potestativo ad quamcunque partem potestativam determinatè acceptam, imò ad omnes hujusmodi partes distributivè sumptas ita, ut si de aliquo subjecto negetur totum potestativum, per illationem de eodem subjecto possit quavis pars potestativa determinatè accepta negari, imò omnes & singulæ sub conjunctione distributiva. Quare, recta est hæc illatio: *Lapis non est animal, Ergo lapis non est homo.* Hæc item: *Lapis non est animal. Ergo lapis nec est animal rationale, nec animal irrationale.* E contra, viâ negativâ à toto essentiali metaphysico? li metaphysico valet solum determinatè consequentia ad partem essentialem formalem, seu differentiam; non valet verò consequentia viâ negativâ ad partem materialem, seu ad genus. Quare, de quo subjecto bene negatur prædicatum specificum, de eo per illationem rectè negatur prædicatum differentiale constitutum

tutivum illius prædicati specifici: non rectè verò negatur prædicatum genericum, quod per modum partis materialis constituit idem prædicatum specificum. Et sic, quia de *planta* bene negatur prædicatum specificum *animalis* speciei subalternae, de *planta* per illationem bene negatur prædicatum *sensitivi* differentiale, quod per modum partis formalis constituit *animal*; non bene verò negatur per illationem prædicatum genericum *vivens*, quod etiam constituit ipsum *animal* per modum partis materialis; quare, licet hæc valeat illatio: *Planta non est animal. Ergo planta non est sensitiva.* Non valet tamen hæc: *Planta non est animal. Ergo planta non est vivens.* A toto essentiali physico viâ negativâ solum valet consequentia ad ultimam rationem formalem determinantem partes essentielles physicas, ut constituent suum totum. Hinc ex eo, quòd non existat hic individuus homo vg. *S. Petrus*, solum rectè inferitur, quòd *non existat unio nektens corpus S. Petri cum anima ejusdem.* Quòd si de uno toto physico essentiali negetur aliud, poterit hinc inferri viâ negativâ, quòd totum physicum importatum pro subiecto antecedentis non constet parte formali alterius compositi, quod in eodem antecedente fuit negatum de illo ipso subiecto. Et sic bene arguitur: *Cinis non est lignum. Ergo cinis non constat formâ ligni.*

quæ à toto essentiali physico?

## QUÆSTIO III.

### *Pro proprietatibus propositionum.*

Tres proprietates propositionum numerantur: Oppositio, Æquipollentia & Conversio. De his agemus tribus sequentibus punctis.

### PUNCTUM I.

#### *De Oppositione propositionum.*

109  
 Quid est op-  
 positio pro-  
 positionum?

Propositionū  
 oppositarū  
 debet esse i-  
 dem prædica-  
 tum & subje-  
 ctum, & quo-  
 modo?

Circa hanc queritur *imo*, quid sit propositionum oppositio? Respondeo oppositionem propositionum esse, aliquarum propositionum idem subjectum, & idem prædicatum habentium repugnantiam, vel secundum quantitatem, vel secundum qualitatem, vel secundum utrumque simul.

Explicatur definitio. Dicitur, *Propositionum habentium idem subjectum & idem prædicatum*. Quibus verbis, per idem subjectum & idem prædicatum intelligitur idem non tam quoad voces, quam potius quoad rem significatam. Unde si in aliquibus propositionibus subjectum, vel prædicatum, vel utrumque fuerit idem quoad vocem, diversum verò quoad rem significatam: tales propositiones quamvis videbuntur pugnare secum in qualitate, vel quantitate, non erunt tamen sibi oppositæ. Et sic hæc propositiones: *Canis latrat. Canis non latrat*; si per priorem propositionem nomine *canis* significetur *animal terrestre*, per 2dam propositionem significetur *constellatio celestis, aut piscis marinus*, non sunt propositiones oppositæ, licet videantur pugnare in qualitate. Præterea per idem subjectum, & idem prædicatum intelligitur ita idem, ut habeat easdem affectiones provenientes à casibus obliquis, adverbii, cæterisque orationis partibus eodem ordine, ac eodem termino annexis, & eodem sensu intellectis. Si enim hæc aliquomodo varientur, propositiones non erunt oppositæ. Hinc istæ propositiones: *Petrus studet, Petrus non studet bene*, non sunt oppositæ. In 2da enim propositione prædicatum *studet* est affectum adverbii *bene*, quò non est affectum in prima. Insuper per idem subjectum & prædicatum intelligitur idem cum iisdem proprietatibus suppositionis materialis aut formalis, propriæ aut impropriæ, simplicis aut personalis, statûs, ampliacionis, restrictionis, diminutionis, alienationis & appellacionis. Si enim in aliquo ex his fuerit variatio, propositiones non erunt oppositæ. Hinc istæ propositiones: *Homo est vox dissyllaba. Homo non est vox dissyllaba*, non sunt oppositæ, si in *1ma* propositione *ly homo* accipiatur in suppositione

positione materiali, in 2da accipiat in suppositione formali. Similiter hæ propositiones: *Caci vident, Caci non vident*, non sunt oppositæ. Si in 1ma propositione terminus *caci* accipiat ampliativè, seu cum proprietate ampliationis, in 2da idem terminus accipiat cum proprietate statûs.

Dicitur secundum *quantitatem, vel qualitatem, vel secundum utrumque repugnantia*; quibus verbis per repugnantiam in quantitate intelligitur pugna propositionum in universalitate, & particularitate, quod nimirum una propositio sit universalis, altera particularis. Per repugnantiam in qualitate, intelligitur pugna propositionum in affirmatione, & negatione, quod scilicet: una sit affirmativa, altera negativa. Per repugnantiam secundum utrumque, hoc est: & secundum quantitatem, & secundum qualitatem intelligitur, quod duæ aliquæ propositiones pugnent secum, tam in universalitate, quam in particularitate; item tam in affirmatione, quam in negatione prædicati ejusdem de eodem subjecto, quod nimirum una sit universalis affirmativa, altera particularis negativa; vel quod universalis sit simul negativa, particularis verò sit affirmativa. Hinc colliges, non solum propositiones: *Omnis homo est doctus Aliquis homo non est doctus*, quæ secum pugnant tam in quantitate, quam in qualitate, esse sibi oppositas: sed etiam oppositas esse sequentes: *Omnis homo est doctus, Aliquis homo est doctus*; quæ in sola quantitate pugnant. Oppositas item esse & illas: *Omnis homo est doctus, Nullus homo est doctus*; quæ pugnant in sola qualitate.

Quæritur 2do, quoruplex sit oppositio propositionum?

Respondeo, quatuor esse species oppositionis propositionum, nimirum: oppositionem contrariam, subcontrariam, subalternam, & contradictoriam.

Contraria oppositio, est duarum propositionum idem subjectum & prædicatum, ac etiam eandem quantitatem eamque universalem habentium: repugnantia in qualitate, quæ per hoc habetur, quod una ex oppositis propositionibus sit universalis

Quæ sit repugnantia in quantitate?

Quæ repugnantia in qualitate?

Quæ repugnantia secundum utrumque?

110

Oppositio propositio-  
nium.

con-  
traria

sub-  
alternam

con-  
tradictoriam

niversalis affirmativa, altera sit universalis negativa. Talis oppositio est inter has propositiones: *Omnis homo est doctus. Nullus homo est doctus.*

alia subcontraria.

Subcontraria oppositio, est duarum propositionum idem subjectum & prædicatum, & eandem quantitatem particularem habentium repugnantia in qualitate, quatenus una illarum est particularis affirmativa, altera particularis negativa. Talis oppositio est inter propositiones sequentes: *aliquis homo est doctus; aliquis homo non est doctus.*

alia subalterna.

Subalterna oppositio, est propositionum idem subjectum, idem prædicatum, & eandem qualitatem habentium repugnantia in sola quantitate, quòd una illarum sit universalis, altera particularis, licet ambæ sint affirmativæ, vel ambæ negativæ. Talis oppositio est inter has propositiones affirmativas: *Omnis homo est doctus. Aliquis homo est doctus.* Similiter oppositio subalterna est inter has negativas. *Nullus homo est doctus, aliquis homo non est doctus.*

alia contradictoria

Contradictoria oppositio, est duarum propositionum habentium idem subjectum, & idem prædicatum repugnantia tam in quantitate, quàm in qualitate; quòd sit, dum una propositio est universalis, altera particularis, una affirmativa, altera negativa. Talis oppositio est inter has propositiones: *Omnis homo est doctus. Aliquis homo non est doctus.* Item inter illas: *Nullus homo est doctus, Aliquis homo est doctus.*


Quæritur 3<sup>ti</sup>o, Quænam propositionum species possunt habere quadruplicem explicatam oppositionem.

III  
Propositiones  
de subjecto  
communi ha-  
bent quadru-  
plicem oppo-  
sitionem.

Respondeo, omnes propositiones de subjecto communi, in quibus nimirum subjectum est terminus communis, si-  
ve talis terminus habeat præfixum syncategorema universale, vel particulare, si-  
ve non habeat, sed ponatur indefinitè, posse habere quadruplicem explicatam oppositionem, si mutantur syncategoremata, ubi sunt universalia, in particularia. Affirmativa, in negativa, & è contra. Ex propositionibus verò indefinitis, si per additionem syncategorematum fiant propositiones

sitiones jam universales, jam particulares, eaque affirmativæ & negativæ. Quam ipsam quadruplicem oppositionem propositiones de subjecto communi habere possunt, sive illæ fuerint in materia necessaria, sive in materia contingenti, sive in materia impossibili.

In triplici hac materia, quadruplicem oppositionem propositionum de subjecto communi exhibeo in sequenti schemate.




In hoc schemate propositiones universales affirmativæ exprimuntur literâ A. Universales negativæ literâ B. Particulares affirmativæ literâ C. Particulares negativæ literâ D. Propositionibus deinde singulis opponuntur numeri 1. 2. 3. quibus indicatur in qua materia sit una quæque propositio. Nota. 1. indicat propositiones, quæ affirmativæ, sunt in materia necessaria: negativæ, in materia impossibili. Nota 2. indicat propositiones, quæ tam affirmativæ, quam negativæ sunt in materia contingente. Nota. 3. indicat propositiones, quæ affirmativæ, sunt in materia impossibili: negativæ, sunt in materia necessaria. De hac diversitate materiæ necessariæ & impossibilis conveniente oppositis propositionibus affirmativæ & negativæ, recole dicta superius num. 70.

2do. Propositiones modales possunt habere quadruplicem oppositionem, si modi, in quibus quantitas propositionum modalium consistit, varientur: ac etiam mutetur qualitas

112  
Propositiones  
item modales.

tas dicti, ubi tali mutatione opus est. Quæ verò propositiones nomine propositionum modalium intelligi debeant & intelligantur à Philosophis? cognosces ex dictis, num. 29.

Quadruplicem hanc oppositionem propositionum modalium, in triplici item materia, dicto talium propositionum conveniente: nimirum, in materia necessaria, contingente & impossibili, exhibet schema sequens.




Adverto hîc conformiter ad dicta superius num. 73.

In propositionibus subcontrariis in materia contingente, posse mutari modos, & locò modorum: *Possibile est. Possibile est non*; posse adhiberi modos: *Contingens est. Contingens est non.*

113 Propositiones enim, si fiant ex propositionibus copulativis disjunctivæ, ex affirmativis negativæ, & è converso. Copulativæ enim habent quantitatem universalem, disjunctivæ particularem, ut dictum est num. 54.


Oppositionis etiam talium propositionum schema appono.






4to. Propositiones complexæ exponibiles, cùm exponi debeant per propositiones aut copulativas, aut negativas, habebunt oppositionem, si prius per easdem exponantur, & his deinde fiant oppositæ; ut dictum est numero præcedente. Potest etiam haberi quadruplex oppositio propositionum exponibilium hoc modo: Pro contrariis ponantur duæ propositiones ambæ affirmativæ de signo, quarum una itidem sit affirmativa de copula, altera negativa de copula. Hæ enim propositiones secundum dicta num. 55. sunt universales, simulque differunt qualitate. Pro subcontrariis ponantur ambæ propositiones negativæ de signo, quarum una sit affirmativa, altera negativa de copula. Hæ enim sunt particulares cùm debeant exponi per propositiones disjunctivas, simulque pugnant in qualitate.

Appono tria schemata oppositionis propositionum exclusivarum, exceptivarum & reduplicatarum.





Neque valet si dicas in propositis schematibus non bene exponi aliquas propositiones. Nam imprimis illa propositio: *Non tantum Petrus non studet*, non bene exponitur per illam disjunctivam: *Vel Petrus studet vel aliquis alius non studet*, potius enim significat, & *Petrum non studere, & alios non studere*, adeoque debere illam exponi per hanc: *Et Petrus non studet & nullus alius studet.* 2do. Illa propositio exceptiva: *Non omnis homo præter Petrum non currit*, non bene sic exponitur: *Vel omnis homo currit, vel Petrus non currit*, videtur enim potius per hanc exponenda: *Et Petrus non currit & aliquis alius non currit.* 3tio, illa propositio reduplicativa: *Homo non quã rationalis non ratiocinatur* non recte exponitur per hanc: *Homo, vel non ratiocinatur, vel rationalitas non est in eo principium ratiocinandi*, cum propositio illa reduplicativa videatur sensum facere: *Homo non ex rationalitate non ratiocinatur.*

Propositiones negativæ de signo ut sint contradictoriæ affirmativarum, quo  
 Respondeo quod dixi supra num. 55. de expositione illius propositionis: *Non tantum Petrus studet*, id ipsum proportionate applicandum & extendendum est ad omnes propositiones in objectionem adductas, nimirum, hæc omnes propositiones

IVC  
 2. Vel 1  
 vel

positiones, si accipiantur in sensu contradictorio, seu prout con- modo exponi  
 tradictoriae sunt earum, quarum esse contradictoriae per sche- debeant ?  
 mata significantur, debent sic exponi, & aliter expositae non  
 sunt contradictoriae. Cujus ratio licet reddita sit num. 55.  
 haec tamen ipsa sic exponitur, ut in exemplis adductis ve-  
 ritas melius pateat. Propositiones exponibiles ita exponi de-  
 bent, ut exponentes contradictoriarum etiam ipsae sibi contra-  
 dictorie opponantur. Si enim non fuerint taliter oppositae, Ratione stabili-  
 tur data do-  
 ctrina.  
 poterunt exponentes ambae esse verae, aut ambae falsa: cum  
 tamen ex propositionibus exponibilibus contradictorie sibi op-  
 positis una necessario debeat esse vera, altera falsa, adeoque  
 propositio vera bene exponetur per falsam, aut falsa per veram. Sed  
 nisi propositiones in objectione adductae ita exponantur, ut  
 sunt expositae in schematibus potiusque exponantur, ut vult  
 illas exponi objectio, tunc exponentes propositionum contra-  
 dictionarum non opponentur sibi contradictorie; etiamsi enim  
 haec propositio: *Et Petrus non studet & quisque alius studet*  
 contradictorie opponatur huic *vel Petrus studet, vel aliquis*  
*alius non studet*. Haec item: *Omnis homo non currit & Petrus cur-*  
*rit*; etiamsi contradictorie opponatur illi: *vel aliquis homo*  
*currit vel Petrus non currit*. Postremo licet haec propositio:  
*Homo non ratiocinatur, nec rationalitas est in eo principium ra-*  
*tioinandi*, sit contradictorie opposita huic alteri: *vel homo*  
*ratiocinatur, vel rationalitas est in eo principium ratiocinandi*;  
 etiamsi inquam haec propositiones sint sibi contradictorie op-  
 positae non minus atque sunt oppositae contradictorie illae pro-  
 positiones, quas exponunt: siquidem pugnant secum & in qua-  
 litate & in quantitate; pugnant in qualitate, quia si comparen-  
 tur quae comparari debent, quod una affirmat, hoc altera ne-  
 gat; pugnant in quantitate, quia una illarum est copulativa  
 adeoque universalis; altera est disjunctiva, adeoque particula-  
 ris. Tamen expositione facta qualiter illam vult fieri obje-  
 ctio, propositiones illae: una, *Petrus non studet & quisque ali-*  
*us studet*, altera, *Petrus non studet nec quisquam alius studet* aliter expositae

non sunt con-  
tradictoriæ af-  
firmativarum  
de signo.

non sunt sibi oppositæ contradictoriè. Similiter hæc: *Omnis homo non currit, & Petrus currit.* Et illa altera: *Et Petrus non currit, & nullus alius currit;* non sunt oppositæ contradictoriè. Idem dicendum est de illis: *Homo non ratiocinatur, nec rationalitas est in eo principium ratiocinandi.* Et de hac altera: *Homo non ratiocinatur, & ex alio predicato & non ex rationalitate non ratiocinatur.* Hæ inquam propositiones, binas & binas comparando inter se, quæ comparari debent, non sunt contradictoriæ. Quia imprimis non pugnant secum in quantitate, cum enim ambæ sint copulativæ, ambæ sunt universales; non pugnant etiam in qualitate eo modo, quo pugnare debent; quia una non nisi simplex propositio alteri simplici in qualitate opponitur, altera autem simplex in singulis his binariis eandem qualitatem retinet, deberent verò ambæ simplices unius propositionis complexæ pugnare in qualitate cum ambabus simplicibus alterius oppositæ complexæ. Præterea dictæ propositiones deficiunt in proprietate illa essentiali propositionum contradictoriarum, quod ambæ non possint esse simul veræ, nec ambæ simul falsæ, sed una necessariò debeat esse vera, altera falsa. Imprimis enim ex primo binario propositionum per quas exponuntur exclusivæ, ambæ possunt esse falsæ: si [ut fieri potest] *Petrus audeat.* Ex 2do binario propositionum per quas exponuntur contradictoriæ exceptivæ, ambæ pariter possunt esse falsæ, *Si Petro currente, etiam Paulus currat.* Tandem propositiones 3tii binarii per quas exponuntur propositiones reduplicativæ sibi contradictoriè oppositæ, ambæ possunt esse falsæ: *si homo ratiocinetur.* Atqui hæ propositiones secundum obiectentem sunt exponentes propositionum contradictoriarum. Duæ 1mæ sunt exponentes propositionum exclusivarum: *Tantum Petrus non studet. Non tantum Petrus non studet.* Duæ propositiones 2di binarii sunt exponentes exceptivarum propositionum: *Omnis homo præter Petrum non currit. Non omnis homo præter Petrum non currit.* 3tii binarii propositiones sunt expo-

exponentes propositionum reduplicatarum: *Homo quâ rationalis non ratiocinatur. Homo non quâ rationalis non ratiocinatur.* Cum ergo immediatè memoratæ propositiones exclusivæ, exceptivæ & reduplicativæ sint sibi contradictoriè oppositæ, quia una per hoc differt ab altera, quòd habeat negationem præfixam toti alteri propositioni, per qualem negationis præfixionem habetur contradictoria propositionis non habentis talem negationem, ut dicitur inferiùs num. 117: Sequitur quòd exponentes harum propositionum sint exponentes propositionum contradictoriarum; & simul non sint, ut deductum est. Non igitur propositiones exclusivæ, exceptivæ & reduplicativæ, quæ sunt negativæ de signo, quatenus sunt contradictoriè oppositæ propositionibus affirmativis de signo, in sensu proprio acceptis, sic exponi debent, ut vult illas exponi objectio. Sed si exponantur hac ratione sumuntur in alio diverso sensu, nimirum: exclusivæ & exceptivæ accipiuntur in sensu ampliativo, reduplicativæ sumitur in sensu infinitante, quatenus per negationem præfixam signo infinitatur reduplicatio & terminus reduplicatus.

in quo sensu  
aliter expositæ  
accipiuntur.

Dices, propositio disjunctiva per particulam disjunctivam nectens propositiones simplices, quarum una est affirmativa, altera negativa, etiamsi pugnet in quantitate cum propositione copulativa conjungente iidem propositiones simplices, quarum una est affirmativa, altera negativa; tamen non pugnat in qualitate. Eandem enim tam disjunctiva, quàm copulativa habent qualitatem, quia utraque est partim affirmativa partim negativa. Ergo tales propositiones non possunt esse oppositæ contradictoriè. Sed exponentes propositionum contradictoriarum exclusivarum exceptivarum prout in schematibus assignantur, sunt copulativæ & disjunctivæ tam hæ, quàm illæ conjungentes duas propositiones simplices, quarum una est affirmativa, altera negativa. Ergo hæ exponentes non sunt sibi contradictoriè oppositæ, adeoque nec exponentes contradictoriarum esse possunt. Respondeo faciliè me con- Quomodo excedere

ponentes propositionum si-  
ve affirmativa-  
rum, siue nega-  
tivarum de si-  
gno, pugnent se-  
cum in quali-  
tate?

cedere, quòd propositiones, una copulativa, altera disjunctiva, quarum illa, per particulam copulativam; hæc per particulam disjunctivam necit duas propositiones simplices affirmativam & negativam easdem omnino & immutatas, quòd inquam tales propositiones non pugnent in qualitate. Sed nego quòd copulativa & disjunctiva conjungentes duas propositiones simplices, unam affirmativam alteram negativam, non pugnent in qualitate, si affirmativa propositio simplex quam complectitur disjunctiva sit opposita contradictoriè propositioni simplici negativæ, quam continet copulativa. Et negativa simplex contenta in disjunctiva, si opposita sit contradictoriè propositioni simplici affirmativæ, quam in se continet copulativa.

Porro, exponentes exclusivarum & exceptivarum contradictoriè sibi oppositarum sunt copulativa & disjunctiva tales, quarum singulæ conjungunt tales affirmativas & negativas simplices, ut affirmativa simplex contenta in disjunctiva sit contradictoriè opposita propositioni simplici negativæ, quam continet copulativa: & negativa simplex ejusdem disjunctivæ sit contradictoriè opposita affirmativæ simplicis, quam dicit copulativa.


115  
Hypotheticæ  
reductæ ad  
absolutas de  
subjecto com-  
muni, possunt  
habere qua-  
druplicem op-  
positionem.

510 Propositionum conditionalium, quæ sunt de conditione communi & secundum dicta num. 53. æquivalent propositionibus absolutis universalibus vel particularibus. Oppositio quadruplex haberi potest, si prius propositiones conditionales reducantur ad æquivalentes absolutas universales, vel particulares, in his enim per Num. 111. inventa oppositio quadruplex erit oppositio propositionum conditionalium de conditione communi. Quodsi propositiones conditionales sint de conditione singulari, & æquivalent propositionibus absolutis singularibus: talium propositionum conditionalium oppositio rigorosè dialectica haberi non potest; cum tales propositiones quantitatem universalem & particularem non habeant, quæ ad oppositionem rigorosè dialecticam requiritur.

Potest

Potest tamen in hujusmodi propositionibus haberi quadruplex oppositio de lege, idque etiamsi non reducatur ad absolutas: imò talis oppositio haberi potest in quibuscunque propositionibus conditionalibus. Est autem tunc oppositio de lege aliquarum propositionum, dum hæc etiamsi non pugnent secum in quantitate, nec eam habeant, ut in illa convenire, vel pugnare possint, sequuntur tamen alias oppositionis leges. Et sic imprimis hæc propositiones: *Si Petrus studet, est doctus*. *Non si Petrus studet, est doctus*; sunt contradictoriæ de lege. Sequuntur enim leges contradictoriarum; tum quia ambæ non possunt simul esse veræ, aut simul falsæ: tum quia una ex illis est affirmativa, altera negativa, & hæc tantum negat quantum sufficit ad falsificandam affirmativam. Propositiones verò: *Si Petrus studet, est doctus*. *Si Petrus studet non potest esse doctus*; sunt contrariæ de lege, quia unaquæque inferit contradictoriam alterius, nec possunt ambæ esse veræ; & insuper una illarum est affirmativa, altera negativa. Item propositiones: *Si Petrus studet, potest esse doctus*. *Non si Petrus studet, est doctus*; sunt subcontrariæ de lege. Ex contrariis enim inferuntur, suntque æquivalenter particulares. Minus enim est: *Petrum posse esse doctum, si studeat*, quàm *esse doctum si studeat*. Similiter minus est, *Petrum non esse doctum si studeat*, quàm *non posse esse doctum si studeat*. Tandem hæc propositiones: *si Petrus studet, est doctus*, *Si Petrus studet, potest esse doctus*; sunt subalternæ de lege, quia ex ima inferuntur 2da. Ex eadem ratione hæc propositiones: *Si Petrus studet, non potest esse doctus*. *Non si Petrus studet, est doctus*, sunt subalternæ de lege. Taliter explicatæ oppositionis de lege propositionum conditionalium, schema appono.

non reductæ habent oppositionem quadruplicem de lege.



116  
Propositiones  
singulares non  
possunt habere  
quadruplicem  
oppositio-  
nem rigorosè  
dialecticam.

6to. Propositiones singulares, quæ nimirum habent sub-  
jectum singulare, non possunt habere quadruplicem opposi-  
tionem rigorosè dialecticam. Quia tales propositiones neque  
universalem, neque particularem habent quantitatem. Ergo in  
talibus propositionibus non potest esse secundum quantitatem,  
nec secundum qualitatem & quantitatem simul repugnantia,  
adeoque nec oppositio dialecticè talis, quæ in dicta repugnan-  
tia consistit.

Habent oppo-  
sitionem de le-  
ge, præcipue  
contradictio-  
riam.

Possunt tamen propositiones de subjecto singulari ha-  
bere oppositionem quadruplicem de lege, similem oppositio-  
ni propositionum conditionalium. Præsertim verò possunt  
habere, & habent oppositionem contradictoriam de lege, quæ  
maximè spectatur, & consideratur à Philosophis. Quia de sub-  
jecto singulari possunt dari propositiones pugnantes secum in  
qualitate, quæ neque ambæ possunt simul esse falsæ, neque  
ambæ simul veræ, sed quarum una necessariò debet esse ve-  
ra, altera falsa. Tales v.g. propositiones sunt: *Petrus est homo.*  
*Petrus non est homo.* Porro, propositiones pugnantes in qua-  
litate ita, ut una illarum necessariò sit vera, altera falsa, etiamsi  
non pugnent in quantitate, quam non habent, sunt contra-  
dictoriæ de lege: sequuntur enim præcipuam contradictoriarum  
legem de veritate unius, & falsitate alterius.

117

Quid agen-  
dum, ut cuius  
propositioni  
assignetur con-  
tradictoria?

7mo. Quæcunque alia propositiones, si habuerint quan-  
tatem universalem, vel particularem, poterunt habere oppo-  
sitionem quadruplicem. Quòd si talem quantitatem non ha-  
buerint, saltem oppositionem contradictoriam de lege habere  
poterunt. Ut verò unicuique propositioni affirmativæ

assignes contradictoriam negativam, hanc regulam univer-  
salem tene: Toti propositioni affirmativæ præfige negationem.  
Propositio habens præfixam negationem erit contradictoria pro-  
positionis ejusdem affirmativæ. Totum enim negabit quod  
affirmat affirmativa, cum negatio sit ejus naturæ, ut totum  
destruat & tollat, quidquid post se invenit, ut dictum est num.  
83. & 103. Disp. I. Hæc regula ita certa & indubitata  
est.



est apud Philosophos, ut illi infundent æquipollentiam propositionum, præcipue dum uni ex contradictoriis sit æquipollens ex altera contradictoria, ut suò locò dicitur inferius.

Ad id tamén advertendum est diligenter, ut negatio præfixa propositioni, non afficiat solum subjectum, nec ex eo faciat terminum infinitantem. Talis enim propositio, in qua infinitatur subjectum, non potest esse contradictoria propositionis affirmativæ, quia utraque talium propositionum est affirmativa, licet ea, quæ est de subiecto infinitante sit simul negativa; debet igitur negatio præfixa propositioni, afficere totam propositionem, ac ejus principalem copulam, eamque totam negare, ut habeatur contradictoria propositionis affirmativæ.

Dices, si ex propositione affirmativa per hoc, quòd toti eidem propositioni præfigeretur negatio, fieret propositio negativa contradictoria ejusdem affirmativæ, tunc vicissim ex propositione negativa habente præfixam toti propositioni negativam, fieret propositio affirmativa contradictoria ejusdem negativæ per ablationem præfixæ negationis. objectio aliqua proponitur. Oppositorum enim opposita debet esse ratio; sed hoc non est universaliter verum, quia aliàs per ablationem negationis ab hac propositione: *Non tantum Petrus studet*, in sensu ampliativo accepta, haberetur propositio affirmativa de signo hæc: *Tantum Petrus studet*; quæ esset contradictoria ipsius negativæ. Sed hæc non est contradictoria illius. Deberent enim etiam exponentes ipsarum opponi contradictoriè: adeoque cum illa propositio: *Non tantum Petrus studet*, sumpta in sensu ampliativo exponatur per hanc copulativam: *Et Petrus studet, & aliquis alius studet*. Illa altera propositio: *Tantum Petrus studet*, contradictoria prioris propositionis negativæ deberet exponi per hanc disjunctivam: *vel Petrus non studet, vel nullus alius studet*. Cum talis disjunctiva sit contradictoriè opposita exponenti copulativæ. Sed non sic exponitur, potius enim exponitur per hanc: *Petrus studet, & nullus alius studet*. Re-

Et solvitur. spondeo, sequelam unam perlibenter concedo, & nego minorem, probationis concessa pariter sequelâ, nego minorem, & dico: sicut hæc propositio negativa de signo: *Non tantum Petrus studet*, potest habere duplicem sensum, vel ampliativum vel contradictorium sensui exclusivo propositionis affirmativæ de signo, ut dictum est num. 55. ita & hæc propositio: *Tantum Petrus studet*, potest habere duplicem sensum, vel exclusivum, in quo communiter accipitur, vel sensum contradictoriè oppositum sensui ampliativo, quem habet propositio: *Non tantum Petrus studet*; in quo rarissimè & ferè à doctis non nisi, & Philosophis accipitur.

Quæritur 4to. Quænam sunt leges oppositionis propositionū?  
 Respondeo unamquamque speciem oppositionis habere suas proprias leges.

Oppositionis contradictoriæ hæc sunt leges.

118  
 Contradictoriæ propositiones debent habere idem subjectū, & idem prædicatum quò sensu, & modò?  
 Imo. Quòd propositiones contradictoriæ debeant habere idem subjectum & prædicatum, quæ lex omnibus quidem oppositionis speciebus est communis. Illam tamen maxime in propositionibus contradictoriis locum habere, & intelligi nimis scrupulosè aliqui volunt, dum dicunt propositiones contradictorias debere esse de eodem secundum omnino idem. Et ex hoc asserto tanquàm inconcussò principio, aliqua non satis conformia saniori Philosophiæ deducere conantur.

Ego conformiter ad dicta censeo, quòd propositiones contradictoriæ requirant eam identitatem subjecti, & prædicati, adeoque eam identitatem objecti, quæ possit stare, & componi cum repugnantia earundem propositionum ipsis essentiali in quantitate & qualitate; hinc, quia repugnantia in quantitate non potest esse, nisi in una propositione sit subjectum universale, in altera, particulare: in propositionibus contradictoriis requiritur ea identitas prædicati & subjecti, quæ stet cum diversitate quantitatis, adeoque suppositionis universalis, & particularis convenientis subjecto. Quia item repugnantia propo-

propositionum contradictoriarum in qualitate, exigit, ut prædicatum commune in propositione affirmativa habeat suppositionem disjunctivam, in propositione verò negativa habeat suppositionem distributivam: ideo hæc diversitas suppositionis prædicato convenientis, debet componi cum identitate prædicati, qualis in propositionibus contradictoriis requiritur. At hæc repugnantia propositionum contradictoriarum in qualitate, non potest esse, nisi per propositionem affirmativam significetur prædicatum inesse subjecto, per negativam verò significetur non inesse subjecto, adeoque nisi inter prædicatum propositionis affirmativæ, & prædicatum propositionis negativæ, ea sit diversitas, quæ est diversitas inter prædicatum identificatum, seu conveniens, & inter prædicatum non identificatum, seu non conveniens subjecto. Tandem repugnantia in qualitate propositionum contradictoriarum etiam eam diversitatem requirit, ut si propositio una ex contradictoriis v.g. affirmativa est in materia necessaria, altera, id est negativa, sit in materia impossibili, hoc est: ut si necesse est prædicatum propositionis affirmativæ inesse subjecto, impossibile sit prædicatum propositionis negativæ non inesse subjecto, quod tamen non inesse enuntiat talis propositio negativa. Ex quibus omnibus constat propositionum contradictoriarum debere esse idem subjectum, idem prædicatum, & idem objectum, ea non nisi identitate, quæ stat cum repugnantia earundem propositionum in quantitate & qualitate; cum eaque conciliari potest. Quæ verò sit illa identitas: explicatum est numero 109.

Adverto hic, quemadmodum propositionum contradictoriarum subjectum censetur esse unum idemque, etiamsi in una talium propositionum habeat quantitatem & suppositionem universalem, in altera habeat quantitatem, & suppositionem particularem, ita & in syllogismo medius terminus communis censendus est unus idemque philosophicè esse, quamvis in una præmissarum distribuatur, adeoque habeat suppositionem

Contradictoriarum propositionum debet esse idem objectum identitate, quæ stat cum repugnantia earundem in quantitate & qualitate.

tionem universalem, in altera maneat indistributus, habeatque suppositionem particularem, ut dictum est alius num. 87. Disp. 1.

119  
In propositionibus contradictoriis non debent variari adverbia casus obliqui &c.

2da Lex oppositionis contradictoriæ, quæ ipsa communis est etiam aliis oppositionis propositionum speciebus. Quod extrema propositionum contradictoriarum, adverbia, casus obliqui, cæteræque orationis partes in utraque opposita propositione eodem & invariato ordine poni debeant. Ex his enim variatis sequitur variatio subjecti & prædicati, eorumque diversitas, eaque non requisita ad repugnantiam earundem propositionum in quantitate & qualitate.

120  
Contradictoriæ debent pugnare in quantitate & qualitate.

3tia Lex est, Propositiones contradictoriæ debent se cum pugnare & in quantitate & in qualitate, hoc est: una illarum debet esse universalis, altera particularis, una affirmativa, altera negativa. Hæc lex ex definitione oppositionis contradictoriæ facile colligitur, procedit verò de propositionibus contradictoriis rigorosè dialecticè talibus.

122  
una non plus debet negare quam sit necesse ad falsificandam aliã

4ta Lex est. Ex propositionibus contradictoriis una tantum debet affirmare vel negare, quantum sufficit ad falsificandam alteram contradictoriam, hoc est: nec plus nec minus. Hinc quia ad falsificandam hanc propositionem negativam: *Nullus homo currit*, non est necesse ut *omnis homo currat*, sed sufficit, quod *unus aliquis currat*: ideo illius negativæ contradictoria id ipsum nonnisi affirmare debet, adeoque debet esse hæc: *Aliquis homo currit*. E contra, quia hanc propositionem affirmativam: *Aliquis homo currit*, non potest falsificare propositio, quæ itidem negaret *aliquem hominem currere*: utraque enim harum propositionum potest esse vera, nimirum & affirmans quod *aliquis homo currat*, & negans atque enuntians quod *aliquis homo non currat*. Ideo hujus affirmativæ, *Aliquis homo currit*, contradictoria est non hæc: *Aliquis homo currit*, sed potius illa universalis: *Nullus homo currit*.

123

5ta Lex oppositionis propositionum contradictoriarum est: quod non debeant, nec possint ambæ esse veræ, aut ambæ falsæ.

falsæ. Sed altera illarum necessariò debeat esse vera, altera una debet esse falsa, hujus regulæ veritas facilè imprimis patet in propositionibus dialecticè contradictoriis, hoc est pugnantibus tam in quantitate, quàm in qualitate, si enim hæc propositiones: *Omnis homo currit. Aliquis homo non currit*; ambæ essent veræ, sequeretur, quòd defacto *Omnes, & singuli homines currerent, & simul, quòd unus ex ipsis non curreret.* Propositio enim, *Omnis homo currit*, vera esse non potest, nisi *omnes & singuli homines currant.* Hæc etiam: *aliquis homo non currit*, non potest esse vera, nisi *unus aliquis homo non currat*, sed implicat *omnes & singulos homines nullo exceptio currere, & simul unum aliquem non currere.* Ergo.

Par dilecurrendi ratio est de his contradictoriis: *Nullus homo currit. Aliquis homo currit*; quòd ambæ non possunt esse simul veræ. Sed nec possunt ambæ simul esse falsæ. Sequeretur enim, quòd unus idemque *homo simul curreret, & non curreret*; quia ut hæc propositio: *Nullus homo currit*, sit falsa, necessum est, ut *unus saltem currat.* Ut verò altera contradictoria: *Aliquis homo currit* sit falsa, necesse est, ut *nullus homo currat*, adeoque ut nec ille currat, qui currere supponitur, propter falsificandam priorem contradictoriam. Cum ergo repugnet unum eundemque *hominem simul currere, & non currere*, repugnat ambas contradictorias simul esse falsas. Eiusdem regulæ veritas patet deinde in propositionibus contradictoriis de lege. Ex. gr. in propositionibus de subjecto singulari pugnantibus secum in qualitate, quales propositiones sunt hæc: *Petrus currit, Petrus non currit*; quæ si ambæ essent veræ, deberet *idem Petrus currere, & simul non currere*; Id ipsum sequeretur, si ambæ essent falsæ, cum aliter nec veræ, nec falsæ esse possint, nisi simul existente, & non existente *cursum Petri.* Per existentiam enim *cursum Petri*, & per non existentiam ejusdem *cursum Petri*, debent verificari, ac etiam falsificari dictæ propositiones, nimirum: propositio affirmans *cursum Petri* hæc, *Petrus currit*: debet verificari per existentiam *cursum*

*sus Petri.* Propositio autem: *Petrus non currit*, debet verificari per non existentiam *cursum Petri*. Quòd si hæ propositiones fuerint ambæ falsæ, prior illa propositio affirmativa debet falsificari per non existentiam *cursum Petri*, altera vera, quæ est negativa, debet falsificari per existentiam *cursum Petri*.

123  
Unde cogno-  
scendum, quæ  
propositiones  
sunt contradi-  
ctoriæ?

Ex his regulis facile intelligi & cognosci potest, quænam propositiones sint, quæ non sint contradictoriæ? sunt nimirum contradictoriæ, quæ servant has leges, idque si omnes servant, sunt contradictoriæ rigorosè dialecticè tales. Quodsi non habita quantitate universali, & particulari, servant leges oppositionis contradictoriæ 1mã, 2dã, 4tã & 5tã, sunt contradictoriæ de lege.

Si verò deficiunt in aliqua ex his legibus, vel quantitatem diversam habent, quàm præscribat lex 3tia, tales propositiones non sunt contradictoriæ. Hinc istæ propositiones: *Omnis homo est animal.* *Aliquis homo non est lapis*; non sunt contradictoriæ, quia non habent idem prædicatum. Hæ etiam propositiones: *Philippus est Rex Hispanus.* *Philippus Rex non est Hispanus*, non sunt contradictoriæ etiam de lege: quia in illis diverso ordine disponuntur termini. Terminus enim *Rex*, qui in prima propositione fuit prædicatum, in 2da propositione ponitur ex parte subjecti.

Istæ etiam propositiones: *Nullus homo currit.* *Aliqui homines currunt*; non sunt contradictoriæ etiam ex eo, quòd affirmativa plus affirmet, quàm requiratur, & sufficiat ad falsificandam negativam, ad hanc enim falsificandam sufficit, quòd *unus homo currat*.

Vterius hæ propositiones: *Omnis homo currit.* *Petrus non currit*, non sunt contradictoriæ, quia possunt esse ambæ falsæ, *Si Petrus currat, & Paulus non currat*.

In aliquibus propositionibus ut sint contradictoriæ, debet mutari synkategorema casus obliqui.

Tandem propositiones: *Omnis discipulus doctrinam alicujus Professoris intelligit.* *Aliquis discipulus doctrinam alicujus Professoris non intelligit*; non sunt contradictoriæ, quia ambæ possunt esse simul veræ. Nam imprimis potest esse vera hæ propositio affirmativa: *Omnis discipulus alicujus Professoris doctrinam intelligit*. Cùm non appareat ex quo capite non possit esse vera. Hac jam existente  
vera

vera, potest simul vera esse hæc altera propositio: *Omnis discipulus alicujus Professoris doctrinam non intelligit*; Hæc enim non dicit talem oppositionem cum priore, ex vi cujus debeat esse falsa, dum illa est vera. Si (ut fieri potest) alterius Professoris ex parte objecti doctrina sit, quæ ab omnibus discipulis intelligitur, & alterius diversi sit doctrina, quæ non intelligitur. Sed dum hæc propositio: *Omnis discipulus alicujus Professoris doctrinam non intelligit*, est vera: est etiam vera illius subalterna: *Aliquis discipulus alicujus Professoris doctrinam non intelligit*. Ergo existente vera hac propositione: *Omnis discipulus alicujus Professoris doctrinam non intelligit*, potest etiam esse vera hæc: *Aliquis discipulus alicujus Professoris doctrinam non intelligit*. Adeoque hæc propositiones cum possint esse ambæ veræ, non sunt contradictoriæ, ut verò propositioni affirmativæ assignetur contradictoria, quantitas & syncategorema casus obliqui mutari debet, hoc v.g. modo: *Aliquis discipulus nullius Professoris doctrinam intelligit*.

### Oppositionis contrariæ leges sunt.

*Ima.* Propositiones contrariæ non solum debent habere idem prædicatum, & idem subjectum, ut dictum est num. 109. sed etiam debent habere eandem suppositionem universalem subjecti, à qua desumitur universalitas propositionum, quæ secundum dicta num. 110. ambæ debent esse universales, una affirmativa, altera negativa. Quales sunt hæc propositiones: *Omnis homo currit. Nullus homo currit.*

Hæc lex intelligenda est de propositionibus rigorosè dialecticè contrariis. De quantitate, & suppositione prædicati talium propositionum aliter discurrendum est. Hæc enim in propositionibus contrariis variatur; nam in negativa propositione prædicatum habet suppositionem universalem & distributivam, in affirmativa autem prædicatum habet suppositionem particularem & disjunctivam.

Propositiones contrariæ de lege possunt habere in una propositione subjectum universale, & supponens distributivè,

in altera subjectum habens suppositionem collectivam, ut patet in his propositionibus: *Nullus homo currit. Aliqui homines currunt*: quas Dialectici dicunt esse contrarias de lege, ita enim sibi opponuntur, ut possint ambæ simul esse falsæ, non possint autem ambæ simul esse veræ.

125

Contrariæ non  
possunt esse  
ambæ veræ.

2da lex est. Propositiones contrariæ non debent, nec possunt esse ambæ veræ, possunt tamen ambæ esse falsæ, aut una vera, altera falsa. Ratio 1mi est, quia si propositiones contrariæ possent esse veræ ambæ, tunc etiam propositiones contrariæ possent esse ambæ veræ. Sed hoc implicat, ut deductum est num. 122. Ergo etiam implicat, ut propositiones contrariæ ambæ simul sint veræ. Sequela majoris probatur. Demus quòd hæ propositiones contrariæ: *Omnis homo currit, Nullus homo currit*; sint ambæ veræ, tunc siquidem negativa universalis est vera, vera etiam erit ejus subalterna: *Aliquis homo non currit*, quia veritas ejus continetur in veritate universalis negativæ, ex eaque inferitur tanquam pars ex toto, sed hæ propositio: *Aliquis homo non currit*, est contradictoria illius propositionis universalis affirmativæ: *Omnis homo currit*, itidem per suppositionem veræ. Ergo in data suppositione ambæ contrariæ simul erunt veræ. Ratio 2di est, quia hæ propositiones contrariæ: *Omnis homo currit. Nullus homo currit*, ambæ possunt esse falsæ, fieri enim potest, ut solum *aliquis homo non currat*; quo posito, necesse est utramque illam contrariam esse falsam. Neque metuas, nè hinc sequatur utramque contradictoriam posse esse falsam, si utraque contraria fuerit falsa; sicut sequitur utramque contradictoriam simul futuram veram, si utraque contraria simul sit vera. Non inquam metuas. Etiam si enim ex veritate unius contrariæ bene inferatur veritas propositionis subalternæ, quæ est contradictoria alterius contrariæ, tamen ex falsitate propositionis contrariæ, non bene inferitur falsitas particularis subalternæ, sed universali contraria existente falsa, ejus particularis subalterna potest esse vera. Et sic licet hæ universalis sit falsa: *Nullus homo*

possunt esse  
ambæ falsæ.



*homo credit in Christum DEUM verum; tamen vera est hæc ejus subalterna: Aliquis homo non credit in Christum DEUM verum.*

Ratio 3<sup>ta</sup> est. Quia ex his propositionibus contrariis; *Omnis homo est animal. Nullus homo est animal;* Affirmativa est vera, negativa est falsa. Adverto, ex propositionibus contrariis, quarum affirmativa est in materia necessaria, affirmativam semper esse veram, negativam semper esse falsam. Ex contrariis, quarum affirmativa est in materia impossibili, affirmativa semper est falsa, negativa semper est vera. Contrariæ in utraque hac materia dicuntur esse contradictoriæ de lege, ex eo: quòd sicut contradictoriæ non possunt ambæ simul esse veræ, nec ambæ falsæ, ita & contrariæ in utraque præfata materia hanc contradictoriarum legem sequuntur. Ex propositionibus contrariis in materia contingenti communiter ambæ sunt falsæ, ut patet in his propositionibus: *Omnis homo currit. Nullus homo currit;* quæ ambæ habentur pro falsis, quòd si etiam ex propositionibus in materia contingenti contrariis una fuerit vera, necesse est alteram esse falsam.

3<sup>ta</sup> Propositionum contrariarum Lex est, quòd una ex contrariis inferat contradictoriam alterius contrariæ, ex. gr. ex his contrariis: *Omnis homo currit. Nullus homo currit;* affirmativa inferat particularem hanc: *Aliquis homo currit,* contradictoriam alterius contrariæ: *Nullus homo currit.* Hæc verò ipsa inferat particularem illam: *Aliquis homo non currit,* contradictoriam illius affirmativæ: *Omnis homo currit.*

Ratio est, quia ex universali propositione, sive affirmativa, sive negativa inferitur ejusdem subalterna particularis, ut ex proximè dicendis patebit, sed contrariæ propositiones sunt universales, una affirmativa, altera negativa. Ergo ex contrariis inferuntur illarum subalternae particulares, sed hæc subalterna particularis, quæ inferitur ex contraria affirmativa, est contradictoria alterius ex contrariis, hoc est: negativæ universalis, quia pugnat cum illa in quantitate & qualitate, & est de eodem

Una item falsæ altera vera.

Ex propositionibus contrariis quæ veræ, quæ falsæ.

126

Una contraria inferit contradictoriam alterius,

dem prædicato & subjecto. Subalterna verò, quæ infertur ex propositione universalis negativa, est contradictoria universalis affirmativæ alterius ex contrariis. Ergo ex contrariis propositionibus una infert contradictoriam alterius.

Oppositionis subcontrariæ leges sunt.

127.  
Subcontrariæ  
ambæ sunt  
particulares.

Ima, utriusque propositionis subcontrariæ subjectum commune non variat quantitatem & suppositionem, sed in utraque habet suppositionem particularem. Quia utraque propositio ex subcontrariis debet esse particularis. Prædicati tamen communis suppositio variatur, quia hoc in propositione negativa habet suppositionem distributivam, in propositione affirmativa habet suppositionem disjunctivam & particularem.

128.  
Possunt esse  
ambæ veræ.

2da lex est. Propositiones subcontrariæ possunt esse ambæ veræ, una item potest esse vera, altera falsa, ambæ nequeunt simul esse falsæ.

Ratio 1mi est, quia propositiones contrariæ possunt esse ambæ falsæ, ut ostensum est num. 125. Sed talium propositionum subcontrariæ necessario sunt ambæ veræ: si enim non essent veræ, sed essent aut ambæ falsæ, aut una illarum falsa, tunc possent propositiones contradictoriæ ambæ simul esse falsæ. Quando enim & contrariæ ambæ sunt falsæ, & subcontrariæ ambæ sunt falsæ, tunc etiam contradictoriæ ambæ sunt falsæ, quia subcontraria quævis opponitur contradictoriæ propositioni contrariæ qualitate a se differenti falsæ falsæ. Quando etiam contrariæ sunt falsæ, & ex subcontrariis una est falsa, tunc contradictoriæ, ex quibus una est subcontraria falsa, altera est contraria qualitate ab ipsa subcontraria differens itidem falsa, hæc inquam contradictoriæ sunt ambæ falsæ, sed repugnat contradictorias ambas simul esse falsas. Ergo. Ratio 2di est, quia ex propositionibus contrariis potest esse una vera, altera falsa, ut constat ex dictis num. 125. Ergo ex subcontrariis illa, quæ est contradictoriæ opposita propositioni contrariæ falsæ, debet esse vera, quæ autem est contradictoriæ opposita propositioni contrariæ veræ, debet esse falsa, adeoq; ex talibus subcontrariis una est vera, altera falsa. Ratio 3tii est, quia si subcontra-

Una item vera  
altera falsa.

Non possunt

ambæ falsæ. Ratio 3tii est, quia si subcontra-

riae possent esse ambæ falsæ, tunc contrariæ, quæ subcontrariis qualitate à se differentibus contradictoriè opponuntur, possent esse ambæ veræ, sed contrariæ non possunt esse ambæ veræ, ostensû est n. 125. Ergo

ambæ esse falsæ.

### Oppositionis subalternæ leges sunt.

Ima. Propositiones subalternæ debent habere idem subjectum, idem prædicatum, & eandem qualitatem, hoc est: aut ambæ debent esse affirmativæ, aut ambæ negativæ, solaq; quantitate debent differre, hoc est: una debet esse universalis, altera particularis. Quòd ipsum requiritur, ut propositiones sint rigorosè dialecticè subalternæ. Hæc lex facîle colligitur ex conceptu definitivo oppositionis subalternæ, prout habes num: 110.

129

Ex subalternis una est universalis, altera particularis.

2da Lex est, ex propositionibus subalternis illa, quæ est universalis & latius patet ( hæc subalternans communiter dici solet ) inferri particularem, & minùs latè patentem ( quæ etiam subalternata dicitur ) non è contra, Ratio est. Tum quia ex toto actuali positivo, rectè inferitur pars actualis positiva: pariter, ex toto actuali negativo, rectè inferitur pars actualis negativa, Ergo ex propositione universali affirmativa, rectè inferitur particularis affirmativa; & ex propositione universali negativa, rectè inferitur particularis negativa. Universales enim propositiones sunt tota actualia, particulares verò sunt partes actuales in illis totis contentæ. E contra, ex propositione particulari non inferitur universalis, à parte enim actuali non valet consequentia ad totum.

130.

Universalis inferri particularem

Tum quia, quidquid verè affirmatur, vel negatur de omni, id verè affirmatur vel negatur de aliquo contento sub omni, iuxta illud axioma à Philosophis receptum & usitatum: *Dici de omni, dici de nullo*; sic intellectum & completum prout illud completum habes num: 86. Disp. 1. Quod axioma insinuat Aristoteles lib. 1. Priorum cap. 1. *In toto autem esse alterum in altero, & de omni prædicari alterum de altero, idem est. Dicimus autem de omni prædicari, quando nihil est sumere subjecti, de quo non dicatur alterum. Et de nullo similiter.* Ergo si per propositionem universalem affirmativam aliquod prædicatum

tum verè affirmatur de omni, idem per particularem affirmativam potest verè affirmari de aliquo contento sub omni, aut si per universalem negativam aliquod prædicatum verè negatur de omni, hoc ipsum per particularem negativam verè negari debet de aliquo contento sub omni, adeoq; ex propositione universali affirmativa, rectè infertur propositio particularis affirmativa; & ex propositione universali negativa, rectè infertur propositio particularis negativa. Non rectè verò infertur ex propositione particulari propositio universalis. Tum quia per num: 99. Disp. 1. recta est hæc illatio per descensum: *Omnis homo currit. Ergo Petrus currit.* Et iterum recta est hæc illatio: *Petrus currit. Ergo aliquis homo currit.* Cùm Petrus sit *aliquis homo.* Ergo siquidem quod infertur ex consequenti legitime illato, id ipsum rectè etiam infertur ex antecedente per num: 94. Disp. 3. erit recta hæc illatio: *Omnis homo currit. Ergo aliquis homo currit.* Quæ illatio est illatio particularis subalternæ ex universali subalternante. Similiter ex hac propositione: *Nullus homo currit,* rectè infertur, *Ergo Petrus non currit.* Ex hac autem: *Petrus non currit,* bene infertur, *Ergo aliquis homo non currit.* Ergo ulterius bene infertur, *Nullus homo currit.* Ergo *aliquis homo non currit.* Ex universali negativa subalternante, particularis subalternata negativa.

131  
Subalternæ quæ  
veræ? quæ  
falsæ?  
3tia lex est, Ex propositionibus subalternis in materia necessaria utraque affirmativa est necessario vera, his oppositæ negativæ ambæ sunt falsæ. Ex subalternis affirmativis in materia impossibili utraq; subalterna affirmativa est falsa, negativæ his oppositæ ambæ sunt veræ. In materia contingenti universales sive affirmativæ, sive negativæ, plerumq; sunt falsæ, particulares veræ. Ratio horum facile habetur ex dictis superius, potissimum ex dictis num: 125. ad finem.

132.  
Oppositio contradictoria est  
oppositio maxima,  
Nota, ex quatuor oppositionibus propositionum, maximam oppositionem esse contradictoriam. Hæc enim est repugnantia propositionum tam in quantitate, quàm in qualitate, ac etiam in veritate. Minima oppositio est subalterna, cum  
unij-

universalis subalternans includat in se particulare subalternatam, & universalis inferat particularem. Est tamen etiam hæc oppositio aliqua vera oppositio. Quia est repugnantia duarum propositionum in quantitate, estque hæc oppositio talis, qualis est inter excedens & excessum, inter totum & partem, inter magnum & parvum.

## PUNCTUM II.

## De Equipollentia propositionum.

*Queritur 1mo. Quid sit equipollentia propositionum.*

Respondeo equipollentiam propositionum secundum Philosophos esse eandem significationem duarum propositionum sibi oppositarum, per additionem particulæ *non* ad unam ipsarum.

133  
Quid æquiva-  
pollentia pro-  
positionum?

*Queritur 2do. Quotuplex sit equipollentia propositionum?*

Respondeo tot esse species equipollentiæ, quot sunt species oppositionis propositionum. Alia nimirum est equipollentia propositionum, quæ sunt ex contradictoriis sibi equipollentes per additionem negationis ad unam ipsarum. Alia est equipollentia propositionum ex contrariis, dum uni contrariæ sit equipollens altera per additionem negationis ad hanc alteram. In subcontrariis nullus usus equipollentiæ videtur esse posse, etiam hæc tunc esset, dum per additionem negationis, una subcontraria fieret equipollens alteri. Alia denique est equipollens ex subalternis, dum uni propositioni subalternæ, sit equipollens altera per additionem negationis ad eandem.

134  
Quotuplex  
equipollen-  
tia?

*Queritur 3to. Qua ratione ex propositionibus oppositis fieri possint propositiones sibi equipollentes?*

Respondeo, pro faciendis propositionibus equipollentibus ex oppositis, sive oppositione contradictoria, sive contraria, sive subalternâ, regulâ ad has omnes oppositiones se extendentem, exprimi illo

135.  
Regula pro  
faciendis æquiva-  
pollentibus.

versiculo ex-

## Præ contradic, post contra, præ postq; subalter.

Ex contradic-  
toriiis una quo-  
modo fiat æ-  
quipollens al-  
teri?

Explicatur per partes eadem regula. Dicitur, *præ contra-*  
*dic*, qua parte regulæ illud significatur, ut ex una contradi-  
ctoria facias æquipollentem alteri, præpone negationem toti il-  
li propositioni, ex qua vis facere æquipollentem. Ex. gr. Ex  
hac propositione: *Omnis homo est animal*; facies æqui pollen-  
tem suæ contradic-toriæ: *Aliquis homo non est animal*; si toti il-  
li propositioni præfixeris negationem. Propositio enim negatio-  
nem præfixam habens nimirum hæc: *Non omnis homo est ani-*  
*mal*, erit æquipollens hujus: *Aliquis homo non est animal*. Ra-  
tio hujus est, quia universaliter ut dixi num: 117. Contradictoria  
alicujus propositionis fit, si illi ipsi, cujus contradictoria  
quæritur, præfigatur negatio. Negationis enim essentia est, ut  
dum præfigitur alicui propositioni, immutet tam quantitatem,  
quàm qualitatem ejusdem, si hæc ambo inveniat: debet enim  
negatio destruere quidquid post se invenit. Ergo hujus proposi-  
tionis: *Omnis homo est animal*; habetur contradictoria, si illi  
ipsi præfigatur negatio, adeoq; talis contradictoria est hæc pro-  
positio: *Non omnis homo est animal*. Ergo ulterius cum eju-  
sdem propositionis: *Omnis homo est animal*, sit etiam contra-  
dictoria illa altera propositio: *Aliquis homo est animal*. Sequi-  
tur has duas propositiones: *Aliquis homo non est animal*. *Non*  
*omnis homo est animal*, esse æquipollentes. Cum enim ambæ  
opponantur contradic-toriè uni eidemq; propositioni: *Omnis ho-*  
*mo est animal*; necesse est ambas habere idem subjectum, idem  
prædicatum, eandem qualitatem & quantitatem, & per consequens  
veritatem & falsitatem; adeoq; & eandem significationem: in  
quibus omnibus consistit æquipollentia propositionum.

136  
Quomodo itē  
ex contrariis?

Dicitur *post contra*, quæ pars regulæ sic intelligi debet, si  
vis ex contrariis unam facere æquipollentem alteri, subjecto il-  
lius propositionis postpone negationem, & præfige copulæ. Et  
sic ex hac propositione: *Omnis homo est animal*, facies æqui-  
pollentem suæ contrariæ: *Nullus homo est animal*; si post sub-  
jectum;

jectum *omnis homo* ante copulam posueris negationem hoc modo: *Omnis homo non est animal.* Ratio hujus ipsius est; quæ propositiones habent idem subjectum & prædicatum; nec in quantitate aut qualitate, nec in veritate aut falsitate à se discrepant; illæ propositiones sunt æquipollentes; impossibile enim est tales propositiones non habere eandem significationem; sed hæ propositiones: *Omnis homo non est animal. Nullus homo est animal.* Habent idem subjectum & prædicatum ut clarum est. Non pugnant etiam in quantitate, quia utraq̃ue habet quantitatem universalem. Negatio enim cum postponatur subjecto universali hujus propositionis *Omnis homo non est animal*, non immutat quantitatem illius, sed ipsam intactam & immutatam relinquit, siquidem negatio hoc solum destruit, quod post se invenit. Ergo utraq̃ue dicta propositio habet quantitatem universalem. Habent etiam eandem propositiones eandem qualitatem, quia utraq̃ue est negativa, utraq̃ue enim pugnat in qualitate cum illa propositione affirmativa: *Omnis homo est animal.* Tandem hæ propositiones non pugnant secum in veritate & falsitate, quia ambæ sunt falsæ. Nec est possibile, ut propositiones habentes idem subjectum, idem prædicatum, eandem quantitatem & qualitatem, adeoq; eandem omnino significationem, ut inquam pugnent secum in veritate & falsitate.

Dicitur tandem: *Præ postq; subalter.* Quodd eo sensu intelligendum est, ut ex una subalterna facias æquipollentem alteri subalternæ, debes ponere unam negationem ante subjectum, hoc est: debes illam præfigere toti propositioni, alteram verò negationem debes ponere post subjectum, immediate ante copulam. Hac ratione factæ ex subalternis affirmativis, erunt hæ æquipollentes: *Omnis homo est animal. Non aliquis homo non est animal.* Similiter ex negativis subalternis erunt hæ æquipollentes: *Aliquis homo non est animal. Nonnullus homo non est animal.* Ratio regulæ est. Quia ex. gr. hæ propositiones: *Omnis homo est animal. Non aliquis homo non est*

Y

animal

137

Ex subalternæ  
quomodo fiat  
æquipollens al  
teri.

*animal*; habent idem subjectum & idem prædicatum non se-  
cus atque idem subjectum & prædicatum habent ipsæ subalter-  
næ; siquidem hoc non est mutatum. Conveniunt præterea in  
quantitate, quia & hæc propositio: *Omnis homo est animal*,  
habet quantitatem universalem, & altera illa: *Non aliquis ho-  
mo non est animal*, habet quantitatem universalem; negatio e-  
nim præfixa subjecto particulari destruit hanc particularitatem,  
ipsamque mutat in universalitatem. Conveniunt etiam dic-  
tæ propositiones in qualitate, quia sunt contrariæ eidem pro-  
positioni: *Non aliquis homo est animal*. Propositio enim: *Omnis  
homo est animal*, est contraria hujus: *Nullus homo est animal*,  
eui ipsi æquipollet hæc propositio: *Non aliquis homo est animal*,  
ut ostensum est numero. 135. Ergo eadem propositio:  
*Omnis homo est animal*, est etiam contraria huic, *Non aliquis homo est  
animal*. Sed huic ipsi contraria est illa propositio: *Non ali-  
quis homo non est animal*. Quia ita cum ipsa convenit in  
quantitate universali, ut in qualitate differat. Negatio enim  
altera præfixa copulæ, facit ut hæc propositio: *Non aliquis  
homo non est animal*, sit universalis affirmativa, juxta dicta num.  
14. cum illa: *Non aliquis homo est animal*, fuerit universalis ne-  
gativa utpote æquipollens illius: *Nullus homo est animal*,  
itidem universalis negativæ. Ergo propositiones: *Omnis homo  
est animal*. *Non aliquis homo non est animal*, sunt contrariæ illius  
negativæ: *Non aliquis homo est animal*. Ergo conveni-  
unt in qualitate; & quia præterea conveniunt in quantitate ut  
ostensum est, habentque idem subjectum & prædicatum: de-  
bent habere eandem significationem, adeoque sunt æquipollentes.

138

De subcontra-  
riis quid dicen-  
dum videatur.

Pro æquipollentibus factis ex propositionibus subcon-  
trariis non datur ulla regula. Pro his enim deberet esse il-  
la ipsa, quæ num. 136 data & exposita est pro æquipollen-  
tibus factis ex propositionibus contrariis. Cæterum hæc ad  
praxim deduci non potest. Quia tali artificio non tam æqui-  
pollens fieret, quam potius illa ipsa propositio poneretur,  
eui quæreretur æquipollens, aut duæ negationes sibi omni-



no similes, deberent penes se immediatè poni, in usitato loquendi modo.

Quæritur 4<sup>to</sup>. Quanam propositiones habere possunt alias sibi æquipollentes?

Respondeo, quæ propositiones habeant vel habere possunt quadruplicem dialecticam oppositionem, illæ propositiones possunt habere æquipollentes ex suis oppositis factas, sive ex contradictoriis, sive ex contrariis, sive ex subalternis. Quod si aliquæ non habent nisi contradictoriè oppositas, idque non nisi de lege, ex his factas æquipollentes habere poterunt, dummodo ex propositione affirmativa, altera contradictoria negativa, non sit facta per negationis præfixionem ipsi affirmativa.

Hinc imprimis propositionibus absolutis de inesse, quæ sunt de subjecto communi, tam universalibus quàm particularibus, possunt dari æquipollentes triplicis speciei, ut constat ex numeris præcedentibus.

Possunt deinde dari æquipollentes propositionum modalium factæ ex earum oppositis, juxta traditas regulas, quæ sic intelligi debent. Imprimis illa regula *Præ contradictio*, debet hoc sensu intelligi, ut ex modali propositione fiat æquipollens suæ contradictoria, negatio debet præfigi modo propositionis, & non subjecto dicti. Et sic, ut ex hac propositione modali: *Neceffe est hominem esse animal*, fiat æquipollens alteri suæ contradictoria: *Possibile est hominem non esse animal*; negatio debet præfigi modo *neceffe est*, non autem dicto, hac ratione: *Non est neceffe hominem esse animal*.

Regula pro æquipollentibus ex contrariis illa: *Post contra*, taliter est intelligenda, ut ex contrariis modalibus una fiat æquipollens alteri, negatio debet postponi & modo & subjecto dicti, & ante copulam ejusdem immediatè poni. Hac ratione æquipollentes ex contrariis modalibus factæ, erunt hæ propositiones: *Neceffe est hominem non esse animal*. *Impossibile est hominem esse animal*.

139  
Quæ propo-  
sitiones possunt  
habere æqui-  
pollentes.

æquipollentes  
modalium quo-  
modo facien-  
dæ?

Pro æquipollentibus, quæ fiunt ex subalternis modalibus, regula illa *Præ postque subalter*, sic intelligi debet: una negatio debet præponi modo, altera eidem modo ac subjecto dicti postponi, & præfigi copulæ dicti. Et sic huic propositioni: *Neceffe est hominem esse animal*, ex subalterna ipfius hac: *Poffibile est hominem esse animal*; fiet juxta rationem præfcriptam æquipollens hæc: *Non est poffibile hominem non esse animal*.

Pro æquipollentia modalium inventæ funt à dialecticis aliquæ voces: *Purpurea illiace amabimus edentuli*. Per hæc tamen voces æquipollentiam modalium non propono: tum quia in hac arte inveniendi æquipollentes modalium per memoratas voces notantur à quibusdam aliqui defectus. Tum quia, hic modus æquipollentiæ eft inutilis, tortura ingeniorum, cum habeatur alius modus planior & facilior.

140  
 Æquipollentes  
 complexarum. Circa æquipollentiam propositionum complexarum id ipfium notandum eft, quod proximè dicebatur de modalibus, fcilicet quando juxta datas regulas præfigi debet negatio, quòd illa non debeat præfigi fubjecto fecundùm fe accepto, fed conjunctioni, in qua confiftit quantitas propositionis complexæ. Hujus æquipollentiæ difficilior eft ufus in propositionibus exponibilibus exclusivis, exceptivis & reduplicativis, idque ex eo quòd aliquando duæ negationes omnino fimiles, deberent penes fe immediatè poni.

### PUNCTUM III.

#### De Conversione Propositionum

##### Circa hanc.

Quæritur imò. Quid fit conversio propositionum?

141  
 quid conversio  
 propositionis? **R**efpondeo conversionem propositionis esse transmutationem unius propositionis in aliam per transpositionem terminorum. Propositio quæ convertitur feu transmutatur, dicitur conversa, illa verò per quam prior convertitur & transmutatur, dicitur convertens.

QUÆ-

Quæritur 2dò. Quotuplex est conversio?

Respondeo, quòd conversio universalissimè accepta, alia sit legitima, alia illegitima. Conversio legitima est, quando ita transponuntur termini, & propositio una transmutatur in aliam, ut ex conversa legitimè inferatur convertens. Illegitima conversio est talis transmutatio alicujus propositionis, ut ex conversa non rectè, nec legitimè inferatur convertens. De conversione legitima hoc loco agi solet, hæc enim sola est utilis ad comparandas scientias. De illegitima eatenus aliquid per occasionem insinuabitur, quatenus ostenderetur aliquas conversiones esse tales, per quas non potest rectè argui à conversa ad convertentem.

142  
Alia est legitima.

Alia illegitima.

Conversio legitima dividitur in conversionem simplicem, in conversionem per accidens, & in conversionem per contrapositionem.

Conversio simplex propositionum de inesse ab Aristotele lib. 1. Priorum cap. 2. dicitur conversio in terminis. Ubi sic Philosophus habet *universalem privativam* [ hoc est negativam ) *de eo, quod est inesse, necesse est in terminis converti.* Est verò conversio simplex seu in terminis tunc, quando termini alicujus propositionis ita permutantur, ut eandem quantitatem retineat convertens, quam habuit conversa, nimirum ut ambæ, hoc est, tam convertens quàm conversa sint universales, aut ambæ sint particulares. Talis conversio, est, dum dico: *Nulla voluptas est bona. Ergo nullum bonum est voluptas.* Talis item, est conversio hæc: *Aliqua virtus est bona. Ergo aliquod bonum est virtus.*

143  
Quid conversio simplex?

Conversio per accidens ab Aristotele loco citato vocatur conversio in parte. Dicit enim Philosophus *Prædicativam* [ per hæc ne intelligit universalem affirmativam ] *converti necessarium est, non tamen universaliter, sed in parte.* Est autem conversio per accidens tunc, quando ita termini propositionis transponuntur, prædicatum pro subjecto, subjectum pro prædicato, ut simul mutetur quantitas; aliamque quantitatem

144  
Quid conversio per accidens

habeat convertens, quam habeat conversa. Talis conversio est si arguatur: *Omnis virtus est bonum, Ergo aliquod bonum est virtus.* Item, *Nullum vitium est bonum, Ergo aliquod bonum non est vitium.*

145  
Quid conversio per contrapositionem.

Conversio per contrapositionem, est transmutatio terminorum per alicujus propositionis non solum prædicati in subjectum, & subjecti in prædicatum, sed etiam terminorum finitorum in infinitantes, servata eadem quantitate in utraque propositione. Talis conversio est si arguatur: *Omnis virtus est bonum. Ergo omne non bonum, est non virtus.* Toletus & Villapandus censent, dum fit conversio per contrapositionem propositionis universalis affirmativæ, solum subjectum propositionis convertentis debere infinitari, & alteram negationem debere præfigi copulæ in hunc modum: *Omnis virtus est bonum. Ergo omne non bonum, non est virtus.*

Quæritur 3tio. Quanam sint Regulæ legitimæ conversionis? quæ item propositiones quali conversione sunt convertendæ?

Conjungo duo hæc quæsitæ, quia ambo simul eadem responsione resolventur.

146  
Quæ sint regulæ bonæ conversionis?

Respondeo regulas bonæ & legitimæ conversionis ex primi duobus sequentibus versiculis, iisdemque determinari, quæ propositiones quali conversione sint convertendæ.

Simpliciter *fEcI*, convertitur *EtrA* per acci.

Ast *O* per contra, sic fit conversio tota.

Regula pro conversione simplici.

Explicantur singula: dicitur *simpliciter fEcI*, quod sic intelligi debet. Propositiones quæ significantur vocalibus *E* & *I*, quas continet dictio *fEcI*, debent converti conversione simplici.

Quanam verò propositiones per dictas vocales significantur, facile cognosces ex aliis duobus versiculis, quibus explicantur quatuor vocales *A. E. I. O.* dictionum *fEcI*, *EtrA*, *AstO*.

Asserit *A*, negat *E*, verum generaliter ambæ,

Asserit

Afferit J, negat O, sed particulariter ambæ.

Unde secundum hos versiculos, propositio universalis negativa expressa per vocalem E. Item propositio particularis affirmativa expressa per vocalem I. (quæ duæ vocales reperiuntur in dictione [Ecl]) debeat vel possunt converti conversione simplici. Ex. gr. Hæc universalis negativa: *Nullus homo est lapis*, potest converti simpliciter per hanc: *Ergo nullus lapis est homo*. Hæc item particularis affirmativa: *Aliquis homo est animal*, debet converti per hanc: *Ergo aliquod animal est homo*.

Fundamentum talis conversionis hoc affero. Ex hac 147  
 propositione universali negativa, *Nullus homo est lapis*, bene inferitur hæc itidem universalis negativa, *ergo nullus lapis est homo*, in qua servata eadem quantitate, transponuntur termini. Ergo propositio universalis negativa, bene convertitur conversione simplici. Consequentia patet ex definitione conversionis simplicis. Antecedens probatur, existente hac vera propositione: *Nullus homo est lapis*, necessariò vera est etiam hæc: *Nullus lapis est homo*. Ergo hæc bene inferitur ex illa. Antecedens immediatum probatur. Hæc propositio: *Nullus homo est lapis*, per hoc est vera, quòd de subjecto distributivè sumpto, negetur prædicatum itidem distributivè sumptum, & quòd taliter sumpto subjecto non inest, hoc est: non identificetur, nec conveniat prædicatum distributum, nimirum est vera per hoc, quòd de *omni homine* negetur *omnis lapis*, & defacto *nullus lapis* identificetur *ulli homini*; sed etiam supposita veritate prioris hujus propositionis, in hac altera propositione: *Nullus lapis est homo*, de subjecto pariter distributivè sumpto, negatur prædicatum distributivè sumptum, hoc est: de *omni lapide* negatur *omnis homo*, & defacto subjecto huic distributo non inest, hoc est: non identificatur, nec convenit prædicatum distributum, nimirum *nulli lapidi* identificatur *ullus homo*. Non identitas enim aliquorum extremorum necessariò est mutua, & ex parte utriusque termini, adeoque si

*omnis*

Conversio simplex propositionis universalis negativæ demonstratur.

*Omnis homo non est ullus lapis. Vice versa Omnis lapis non est ullus homo.*

148  
Demonstratur  
conversio sim-  
plex proposi-  
tionis particu-  
laris affirma-  
tivæ.

Simili ratione probatur propositionem particularem affirmativam bene converti conversione simplici. Ex hac enim particulari affirmativa: *Aliquis homo est sanctus*, bene inferitur hæc itidem particularis affirmativa: *Ergo aliquis sanctus est homo*, convertens prioris propositionis. Existente enim illa propositione vera, etiam hæc altera debet esse vera, quia sicut prædicatum disjunctivè sumptum, est identificatum subiecto itidem disjunctivè sumpto prioris propositionis, quam identitatem affirmat eadem propositio; ita hujus alterius propositionis: *Aliquis sanctus est homo*, subiecto itidem disjunctivè sumpto identificatur prædicatum itidem disjunctivè sumptum, quam identitatem affirmat hæc secunda propositio; nimirum sicut *aliquis sanctus* est idem cum *aliquo homine*, ita etiam *aliquis homo* est idem cum *aliquo sancto*. Nam etiam identitas aliquorum extremorum necessariò est mutua, & ex parte utriusque extremi: inferiturque identitas subiecti cum prædicato, identitatem prædicati cum subiecto. Ergo.

149  
regula pro con-  
versione per ac-  
cidens.

Dicitur deinde in illis versiculis convertitur *Etia per Acci*, hoc est: conversione per accidens converti possunt propositio universalis negativa expressa vocali E, & propositio universalis affirmativa expressa per vocalè A, dictionis *Etia*: unde propositio hæc universalis negativa: *Nullus homo est lapis*, conversione per accidens sic converteretur, *Ergo aliquis lapis non est homo*. Hæc itè universalis affirmativa: *Omnis homo est animal* conversione per accidens converteretur per hanc propositionem, *Ergo aliquod animal est homo*.

450  
Conversio per  
accidens pro-  
positionis uni-  
versalis negati-  
væ demonstra-  
tur.

Fundamentum hujus conversionis est istud. Ex hac universalis negativa. *Nullus homo est lapis*, per conversionem simplicem bene inferitur hæc itidem universalis negativa. *Ergo nullus lapis est homo*, ut deductum est num. 147. Cum ergo ex hac ipsa bene inferatur ejus subalterna, *Aliquis lapis non est homo*, per num. 130 Hæc ipsa bene inferitur & ex illa immanè *Nullus homo est lapis*. Quidquid enim inferitur ex consequenti legitime

legitimè illato, illud bene inferitur & ex antecedente, ut dicitur inferiùs num. 94 Disp. 3. Adeoque bona erit illatio: *Nullus homo est lapis. Ergo aliquis lapis non est homo*, quæ illatio est ipsa conversio per accidens.

Ex hac etiam universali affirmativa: *Omnis homo est animal*; bene inferitur ejus subalterna: *Ergo aliquis homo est animal*. Et quia ex ipsa ulteriùs subalterna per conversionem simplicem bene inferitur hæc propositio: *Ergo aliquod animal est homo* ut deductum est num. 130. Eadem propositio bene inferetur & ex illa universali: *Omnis homo est animal* per illud principium: quidquid inferitur ex consequenti legitimè illato, hoc ipsum rectè inferitur etiam ex antecedente, adeoque bona est hæc illatio: *Omnis homo est animal. Ergo aliquod animal est homo*. Quæ illatio est ipsa conversio per accidens.

Dicitur tandem in regula versiculis expressa: *ASO per contra*, quibus verbis significatur, quòd propositio universalis affirmativa, & particularis negativa signatæ vocalibus *A & O* vocis *ASO* possint converti per contrapositionem.

Ex. hæc propositio universalis affirmativa: *Omnis homo est animal*, per contrapositionem bene sic convertitur: *Ergo omne non animal est non homo*. Similiter particularis negativa per contrapositionem bene convertitur hoc modo: *Aliquis homo non est lapis. Ergo aliquis non lapis, non est non homo*.

Fundamentum conversionis per contrapositionem qua convertitur universalis affirmativa hoc esse potest. Ex hac propositione: *Omnis homo est animal*, rectè inferitur hæc propositio: *Nullus homo est non animal*. Existente enim vera hac propositione: *Omnis homo est animal* necessarium est, ut sit vera etiam hæc: *Nullus homo est non animal* alias si posset non esse vera, sed falsa tunc dato, quòd esset falsa deberet esse vera illius contradictoria hæc: *Aliquis homo est non animal*, adeoque per num. 41. Disp. 1. vera esset hæc propositio, *Aliquis homo non est animal*, contradictoria illius *omnis homo est animal* per suppositionem veræ. Et sic ambæ

115  
Item conversio per accidens universalis affirmativæ

152  
Regula per conversionem per contrapositionem.

153  
Conversio per contrapositionem propositionis universalis affirmativæ deducitur

Unus modus  
hujus conver-  
sionis.

propositiones contradictoriae possent simul esse verae. Recte ergo inferitur ex hac propositione: *Omnis homo est animal*, illa altera: *Nullus homo est non animal*, atqui ex hac iterum per conversionem simplicem recte inferitur illa: *Ergo nullum non animal est homo*, seu per equipollentiam ex contraria bene inferitur: *Omne non animal non est homo*, Quare eadem propositio: *Omne non animal non est homo*, bene inferitur & ex illa propositione: *Omnis homo est animal*. Ex qua inferuntur propositiones hanc ipsam: *Omne non animal non est homo*, inferentes, quidquid enim inferitur ex consequente, id ipsum bene inferitur etiam ex antecedente. Hæc autem illatio: *Omnis homo est animal*. Ergo *omne non animal non est homo*, est illatio per conversionem contrapositionis prout illam vult fieri Toletus.

Alius modus.

Poste verò ex hac propositione: *Omnis homo est animal*, inferri hanc: *Omne non animal est non homo* quæ inferenda est per conversionem contrapositionis, prout hæc communiter fieri solet, sic ulterius ostendo. Per dicta num. 40. Disp. 1. Hæc propositio: *Omne non animal est non homo*, complectitur has duas propositiones unam: *Omne non animal non est homo*, & hanc alteram: *Omne non animal est aliquid diversum ab homine*. Quarum propositionum 2da bene inferitur ex prima, ut docet Num. 41. Disp. 1. Omne enim esse reale, quod non est homo, necessario est aliquid diversum ab homine. Ergo ex qua propositione bene inferitur hæc: *Omne non animal non est homo*. Ex illa bene inferitur & illa altera: *Omne non animal est aliud quid diversum ab homine*. Consequenter bene inferuntur ambæ simul in unam propositionem complexam conjunctæ, ex propositionibus enim simplicibus simul sumptis bene inferitur propositio complexa, quæ simplices illas complectitur, adeoque bene inferitur propositio non solum ex subjecto, sed etiam ex prædicato infinitans, estque bona talis illatio: *Omnis homo est animal*. Ergo *omne non animal est non homo*, quæ illatio est conversio per contrapositionem communiter fieri solita.



Pro conversione per contrapositionem propositionis particularis negativæ rationem hanc affero; & hujusmodi propositionem tali conversione posse converti, sic ostendo: Ex hac propositione: *Aliquod bonum non est vitium*, rectè inferitur hæc propositio: Ergo *aliquod non vitium non est non bonum*, sed hæc illatio est conversio per contrapositionem propositionis particularis negativæ Ergo. Major probatur suppositio, quòd vera sit hæc propositio: *Aliquod bonum non est vitium*, necesse est etiam hanc esse veram: *Aliquod non vitium non est non bonum*, Ergo hæc bene inferitur ex illa. Antecedens probatur. Si illa propositione: *Aliquod bonum non est vitium* existente vera, hæc altera: *Aliquod non vitium non est non bonum*, posset non esse vera, deberet illius contradictoria hæc: *Omne non vitium est non bonum* esse vera: Vera item esset hujus ipsius subalterna: *Aliquod non vitium est non bonum*. Ulterius per num. 41 Disp. 1. vera esset hæc: *Aliquod non vitium non est bonum*. pariter vera esset per eundem numerum & hæc: *Omne non vitium non est bonum*. Existentibus autem duabus his postremis propositionibus veris, falsæ erunt illarum contradictoriæ: *Omne non vitium est bonum*. *Aliquod non vitium est bonum*, falsa item erit convertens ipsarum: *Aliquod bonum est non vitium*. Convertens enim sicut veritatem, ita & falsitatem sequitur conversæ, ac tandem falsa erit hæc propositio: *Aliquod bonum non est vitium*. Dum enim propositio de termino infinitante est falsa, ambæ simplices, quas complectitur, utpote mutuo se inferentes debent esse falsæ, quæ tamen ipsa propositio statim ab initio supposita fuit esse vera. Ne igitur una eademque propositio sit simul vera & falsa, necesse est rectam esse illationem conversionis per contrapositionem, quæ propositio particularis negativæ convertitur hanc ex. gr. *Aliquod bonum non est vitium*. Ergo *aliquod non vitium non est non bonum*.

Circa conversionem præcipuè simplicem, & per accidens, quæ conversionis species potissimum sunt in usu.

Nota imò ut juxta allatas regulas fiat conversio sim-

154  
 Conversio particularis Negativæ per contrapositionem demonstratur

Propositio de  
prædicato sin-  
gulari non po-  
test converti se-  
cundum regu-  
las communes

Exemplis res  
declaratur,

conversio sim-  
plex & per ac-  
cidens sunt  
conversiones  
formales non

plex, & per accidens non solam requiri, ut subjectum propo-  
sitionis conversæ sit commune, habeatque quantitatem univer-  
salem vel particularem sed etiam ut prædicatum sit commune,  
adeoque capax hujus alterutrius [quantitatis]. Quod si præ-  
dicatum alicujus propositionis fuerit singulare etiamsi subje-  
ctum sit commune, talis propositio juxta regulas superiores  
non poterit converti, juxta has enim regulas prædicatum pro-  
positionis conversæ debet poni pro subjecto in convertente,  
debetque habere quantitatem universalem, vel particularem per  
additum syncategoremata significatam, cujus non est capax ter-  
minus singularis. Ex hac doctrina facile intelliges quare hæc  
propositio: *Nullus lapis est DEUS* non possit converti conver-  
sione simplici sic v.g. *Ergo nullus DEUS est lapis*, nec conver-  
sione per accidens: *Ergo Aliquis DEUS non est lapis*, quare  
similiter hæc universalis affirmativa: *Omnis Persona Divina est  
DEUS*, non possit converti conversione per accidens hoc v.g.  
modò: *Ergo aliquis DEUS est Persona Divina*. Ex eo in-  
quam tales conversiones non possunt fieri quia in propositio-  
nibus quæ converti debent: *Nullus lapis est DEUS*, *omnis per-  
sona Divina est DEUS*, prædicatum *DEUS* est singulare, adeo-  
que incapax quantitatis, & syncategorematis universalis, vel  
particularis. Consequenter cum aliqua hac quantitate & syn-  
categemate non potest poni pro subjecto in propositioni-  
bus convertentibus. Propter hæc exempla aliqui existimant  
conversiones simplices, & per accidens non esse conversio-  
nes formales, dicunt enim: quod non ex vi formæ, & artificij  
in quacunque demum materia hoc reperiatur, concludant.  
Sed esse illas conversiones materiales quatenus in certis ma-  
teriis bene concludunt, non extendunt verò se ad Divina, &  
materiam mysterii Trinitatis, nec in illa secundum regulas con-  
cludunt. Sed solidius asseritur conversionem simplicem, &  
per accidens esse conversiones formales, & ratione formæ  
seu artificij adæquatè sumpti, concludere in omni apta ma-  
teria, non accipi tamen adæquatè artificium, si non accipiatur  
cum

cum hac cautione, ne prædicatum propositionum conversa-  
rum, seu convertendarum, sit singulare: ex eo, quòd propo-  
sitiones de prædicato singulari non sint materia apta hujus-  
modi conversionis. Idque tales propositiones non solum in  
Divinis & in materia Misterii Trinitatis, sed etiam in creatis  
converti non possunt conversione simplici, & per accidens iux-  
ta regulas communes conversionis superius allatas. Et sic  
hæ propositiones: *Nullus lapis est Petrus. Aliquis homo est Pe-  
trus, omne prædicatum Petri est realiter Petrus*, non possunt sic  
converti: *Ergo nullus Petrus est lapis. Ergo aliquis Petrus est  
homo. Ergo aliquis Petrus est realiter prædicatum Petri.* Sed  
omnes tales propositiones de prædicato singulari vel ita sunt  
convertendæ, ut subjectum convertentium sit singulare. *Ergo  
DEUS non est lapis. Ergo DEUS est Persona Divina, Ergo Pe-  
trus non est lapis. Ergo Petrus est homo. Ergo Petrus est reali-  
ter prædicatum Petri.* Vel certè sic converti poterunt, ut si-  
gna quantitatem significantia non afficiant immediatè subje-  
ctum propositionis convertentis, sed exprimentur neutraliter  
hac v.g. ratione: *Ergo nihil quod est DEUS est lapis. Ergo  
aliquid quod est DEUS, est persona Divina, Ergo nihil quod est  
Petrus, est lapis. Ergo aliquid quod est Petrus, est homo. Ergo  
aliquid quod est Petrus, est realiter prædicatum Petri.* Hæc  
doctrina locum habet etiam in illa propositione: *Christus est  
homo*, quam num. 43 dixi habere prædicatum singulare, &  
iuxta doctrinam illic traditam debere exponi per hanc pro-  
positionem *Christus est persona Divina Verbi terminans Huma-  
nitatem*, Nimirum etiam hæc propositio: *Christus est homo*,  
non debet converti per hanc propositionem particularem. *Ali-  
quis homo est Christus*, sed potiùs per hanc singularem: *Ille  
homo qui est persona Divina Verbi terminans Humanitatem,  
est Christus.*

Illam pariter propositio: *Persona Divina Patris est gene-  
rans*, non videtur sic convertenda: *Ergo aliquod generans est  
persona Divina Patris.* Nam prædicatum propositionis con-  
versæ

propositiones  
de prædicato  
singulari quo-  
modo conver-  
tendæ ?

Illam item: *Per-  
sona Divina est  
generans*

versa ly *generans in Divinis* est singulare. Potius ergo sic debet converti: Ergo *generans Divinum, est persona Divina Patris*. Vel etiam sic: Ergo *in quod est generans in DEO, est persona Divina Patris*.

156.  
Conversiones  
aliquæ diffi-  
ciliores.

Noto 2do Pro præcavendis diversis sophismatibus, quæ ex indebito usu conversionis, sive simplicis, sive per accidens formari, & opponi possunt, ad hoc singulariter attendendum esse, ut termini, qui permutantur in eadem suppositione materiali vel formali simplici, vel personali cum iisdem proprietatibus, & affectionibus ponantur in convertente, cum quibus sumebantur inconverta, ut idem & eodem modo expressè vel tacite dicant tales termini, ut non fiat permutatio casuum obliquorum in Rectos, vel in alios obliquos &c. Si enim hæc variatio fiat, non est identitas, vel non identitas mutua extremorum propositionis convertæ & convertentis, quæ est fundamentum conversionis: Hinc malæ sunt sequentes conversiones: *Aliquis senex fuit puer. Ergo aliquis puer fuit senex. Aliquis homo est mortuus. Ergo aliquid mortuum est homo. Aliquis homo induit vestem. Ergo aliqua vestis induit hominem.* Sed ut sint conversiones bonæ, taliter sunt instituendæ: *Aliquis senex fuit puer. Ergo aliquis, qui fuit puer, est senex.* Nam converta hunc facit sensum: *Aliquis homo, qui est senex, idem est, qui fuit puer.* *Aliquis homo est mortuus. Ergo aliquid, quod est mortuum, fuit homo.* Converta enim propositionis hic est sensus: *Id quod fuit ante homo, est mortuum.* *Aliquis homo induit vestem. Ergo aliquid, quod induit vestem, est homo.* Quod si propositio converta ambiguum habuerit sensum, prius ambiguitas illa per disjunctivam propositionem erit explicanda, & tunc primùm convertens formanda.

157.  
Conversiones  
simplices sunt  
mutuæ

Noto 3tio conversiones simplices semper esse mutuas, & valere consequentiam, tam à converta ad convertentem, quàm ab hac ad illam. Nimirum non solum valet hæc consequentia: *Nullus homo est lapis. Ergo nullus lapis est homo.* Sed etiam valet & ista: *Nullus lapis est homo. Ergo nullus homo est lapis.*

est lapis. Iterumque non solum valet hæc consequentia: *Aliquis homo est animal. Ergo aliquod animal est homo.* Sed etiam valet & illa altera: *Aliquod animal est homo. Ergo aliquis homo est animal.* Cujus ipsius ratio est, quia non solum illatio hæc: *Nullus homo est lapis. Ergo nullus lapis est homo,* est conversio simplex legitima, sed etiam hæc illatio: *Nullus lapis est homo. Ergo nullus homo est lapis,* est conversio simplex legitima, quia juxta regulas talis conversionis facta. Hæ enim regulæ præscribunt, ut permutentur subjectum & prædicatum, servata eadem quantitate, & ut conversione simplici convertantur non nisi propositio universalis negativa, & particularis affirmativa, quod utrumque servatur tam in 1ma, quam in 2da illatione. Atqui hæc conversiones sunt mutua, In illis enim se mutuo inferunt eadem propositiones, nimirum antecedens ita infert consequens, ut hoc vicissim per alteram illationem inferat illud. Ergo conversio universalis negativæ simplex est mutua. Pari ratione discurrendum est de illis illationibus: *Aliquis homo est animal. Ergo aliquod animal est homo. Aliquod animal est homo. Ergo aliquis homo est animal.* Quod hæc sint conversiones simplices legitimæ, & quod sint mutua. Hinc facile colligitur propositiones, quæ conversione simplici convertuntur respectu sui esse invicem, & convertas, & convertentes, nimirum quæ in conversione una fuit conversa, est convertens in alia, & e contra.

Noto 4to conversiones per accidens esse conversiones non mutuas, in iisque licet valeat consequentia à conversa ad convertentem, non tamen valet consequentia à convertente ad conversam, cujus ratio est, quia imprimis etiam si per conversionem per accidens propositio universalis negativæ, bona sit hæc illatio: *Nullus homo est doctus. Ergo aliquis doctus non est homo,* tamen non est vicissim bona hæc illatio: *Aliquis doctus non est homo. Ergo nullus homo est doctus.* Illa enim prior illatio ideo est bona, quia ex negativa universalis: *Nullus homo est doctus,* bene infertur per conversionem

Ratione id ostenditur.

158

Conversiones per accidens non sunt mutua.

Ratio hujus redditur.

sionem simplicem, hæc itidem universalis negativa: *Ergo nullus doctus est homo*, ex qua deinde per num. 130 bene inferitur hæc illius subalterna. *Ergo aliquis doctus non est homo*. E contra ex hac propositione *aliquis doctus non est homo*; non inferitur illa universalis ipsius subalternans: *Nullus doctus est homo*, ut ex hac deinde per conversionem simplicem inferatur *Ergo nullus homo est doctus*, adeoque ut hæc: *Aliquis doctus non est homo*. *Ergo nullus homo est doctus* possit esse illatio bona. Pari ratione dum conversione per accidens convertitur propositio universalis affirmativa: etiamsi bona sit illatio; *Omnis homo est animal*. *Ergo aliquod animal est homo*. Ex universali enim affirmativa: *Omnis homo est animal*, bene inferitur hæc ejus subalterna: *Ergo aliquis homo est animal*, ex qua ipsa per conversionem simplicem inferitur: *Ergo aliquod animal est homo*. Tamen è contra illatio hæc: *Aliquod animal est homo*. *Ergo omnis homo est animal*, non est illatio bona, quia licet ex hac particulari affirmativa: *Aliquod animal est homo* bene inferatur per conversionem simplicem *Ergo aliquis homo est animal*, tamen ex hac convertente ulterius non bene inferitur universalis, ut dictum est num. 130 Ergo conversio per accidens tam universalis negativæ, quàm universalis affirmativæ non est mutua, ita enim inferitur ex conversa convertens, ut vicissim non possit rectè inferri conversa ex convertente.

Objectio quædam proponitur. Dices fundamentum conversionis mutue reperitur etiam in conversione per accidens. Nimirum ut conversio propositionis universalis affirmativæ sit mutua, fundamentum est identitas inter prædicatum, & subjectum. Hæc enim identitas, cum mutua esse debeat, est fundamentum mutue conversionis. ita ut non solum hæc illatio: *omnis homo est animal* *Ergo aliquod animal est homo* sit illatio bona, sed etiam ut hæc: *Aliquod animal est homo*. *Ergo omnis homo est animal* sit pariter illatio bona. Respondeo negando antecedens ad probationem dico: inter extrema propositionis universalis affirmativæ

tivæ esse identitatem prædicati cum subjecto, eamque mutuâ, sed talem ut ex vi illius possit quidem inferri particularis affirmativa, convertens ex conversa universali affirmativa, non tamen, ut fiat illatio reciproca. Ratio hujus ipsius est, quia identitas inter prædicatum & subjectum hujus propositionis universalis affirmativæ: *Omnis homo est animal*, non est talis, ut aliquod *Animal* unum idemque identificetur *Omni homini*, & *omnis homo*, uni *Animali*. Qualis identitas esset necessaria ad reciprocam & mutuam conversionem. Sed est talis identitas inter dicta extrema, ex vi cujus *Et Petrus est aliquod animal*, & *Paulus est aliquod animal*, *diversum ab animali*, quod est *Petrus*, & *Joannes est animal*, adeoque cum ex singulis his propositionibus singularibus inferatur hæc particularis: *Aliquis homo est animal*, ut dictum est num. 130. talis est identitas inter extrema, nimirum, inter prædicatum & subjectum illius universalis, qualis identitas est inter extrema hujus propositionis particularis: *Aliquis homo est animal*. Ita ut hæc sola identitas sit mutua, sitque fundamentum conversionis duplicis unius, per quam ex universali affirmativa, *Omnis homo est animal*, inferitur. Ergo *Aliquod animal est homo*: Alterius, per quam ex hac particulari, *Aliquod animal est homo*, inferitur hæc itidem particularis: *Ergo aliquis homo est animal*.

Quæritur 4to. Quænam propositiones possint converti?

Respondeo posse imò Propositiones de inesse, quæ constant terminis communibus, habentque quantitatem universalem, vel particularem, tam affirmativas, quam negativas; patet id sufficienter ex dictis hactenus.

2do. Propositiones de subjecto singulari si sunt affirmativæ, & habent prædicatum commune, debent converti per propositiones particulares affirmativas sic v.g. *Petrus est homo* Ergo *aliquis homo est Petrus*, si sunt negativæ de prædicato communi, debent converti vel per universales negativas, vel per particulares negativas hoc modo: *Petrus non est lapis*. Ergo

Aa

nullus

159.

Quæ propositiones converti possunt?

160.

Propositiones de subjecto singulari quomodo convertuntur?

*nullus lapis est Petrus. Ergo aliquis lapis non est Petrus.* Si sunt affirmativæ tam de subjecto quàm de prædicato singulari, debent converti per singulares affirmativas hoc modo: *Petrus est hic homo. Ergo hic homo est Petrus.* Si sunt negativæ tam de subjecto, quàm de prædicato singulari, debent converti per singulares negativas, in hunc modum: *Petrus non est hic lapis. Ergo hic lapis non est Petrus.*

161.

3<sup>to</sup>. Propositiones de subjecto communi, tam universales, quàm particulares, tam affirmativæ, quàm negativæ, dum prædicatum habent singulare, quomodo converti debeant, modum præscriptum habes num. 155.

162.

Conversio propositionum modalium quæ ratione fieri debent?

4<sup>to</sup>. Propositiones Modales, quæ pro talibus habentur à Philosophis secundum dicta num. 29. converti possunt juxta Regulas superius datas. Et sic hæc propositio: *Neceesse est nullum hominem esse bovem*, convertetur simpliciter per hanc: *Neceesse est nullum bovem esse hominem.* Similiter hæc: *possibile est aliquem hominem esse doctum*, convertetur simpliciter per hanc: *Ergo possibile est aliquem doctum esse hominem.* Propositiones Modales tam de modo universali, quàm de dicto universali, Conversione per accidens, duplici modo converti possunt, vel ita, ut tam modi, quàm dicti quantitas mutetur ut fit in conversione sequentium propositionum: *Neceesse est omnem hominem esse animal.* Ergo possibile est aliquod animal esse hominem. *Neceesse est nullum bovem esse hominem.* Ergo possibile est aliquem bovem non esse hominem. Vel etiam hujusmodi propositiones possunt ita converti, ut solum dictum convertatur per accidens, non mutato modo, hac v.g. ratione: *Neceesse est omnem hominem esse animal.* Ergo necesse est aliquod animal esse hominem. *Neceesse est nullum bovem esse hominem.* Ergo necesse est aliquem hominem non esse bovem. Conversio tamen propositionis modalis hujus: *Impossibile est omne animal esse hominem*, non potest converti hoc modo: Ergo *Impossibile est aliquem hominem esse animal*, per Conversionem dicti. In illa enim propositione: *Impossibile est omne animal esse hominem*

nem



nem, siquidem modus negativus *impossibile est*, quantitatem dicti, quam post se invenit, immutat. Dictum est particulare negativum, æquivalere illa modalis: *Impossibile est omne animal esse hominem*, Huic alteri modali: *Necesse est aliquid animal non esse hominem*. Debet igitur, ut fiat conversio illius propositionis modalis: *Impossibile est omne animal, esse hominem*, converti non dictum universale, sed particulare negativum, idque per contrapositionem cum permutatione modi sic v.g. *Necesse est aliquem non hominem non esse non animal*, vel per hanc æquivalentem: *Impossibile est omnem non hominem esse non animal*. E contra hæc propositio: *Impossibile est aliquem hominem esse lapidem*; Cum iterum in illa modus negativus mutet particularitatem dicti; faciatque eandem propositionem æquivalere huic: *Necesse est nullum hominem esse lapidem*, converteretur per hanc: *Necesse est nullum lapidem esse hominem* vel per hanc: *Necesse est aliquem lapidem non esse hominem*, vel certe per illam priori illi æquivalentem: *Impossibile est aliquem lapidem esse hominem*.

Noto quòd in Conversione aliquarum propositionum modalium modi omnino mutari debeant. Si nimirum dictum, quod convertitur in alia materia, sit futurum in propositione Convertente, quàm fuerit in conversa. Hinc in conversione hujus propositionis: *Necesse est id quod ratiocinatur esse hominem*; debet mutari modus, Neque enim: *necesse est hominem ratiocinari*, debetque locò modi *necesse est* poni modus *possibile est, vel contingens est*. Et Conversio taliter debet fieri: *Necesse est, id quod ratiocinatur esse hominem. Ergo possibile est hominem ratiocinari, vel Contingens est hominem ratiocinari*. Hæc verò propositio: *Contingens est, quod homo ratiocinatur*, converteretur non per hanc: *Ergo contingens est, id quod ratiocinatur esse hominem*, sed potius per hanc: *Possibile est, id quod ratiocinatur esse hominem*.

Propositiones Hypotheticæ converti debent, ut Absoluta. Hæc autem conversio debet esse solius conditionati. Et sic

Aaz

hæc

id ratiocinatur  
impossibile est

id  
omne animal  
non esse hominem  
necesse est

163.  
In conversio-  
ne aliquarum  
propositionum  
modalium, mo-  
di mutari de-  
bent qui in  
quos?

164.

Conversio pro

positionum hypotheticarum. hæc propositio: *Si Petrus loquetur cum ostriaria, Petrus negabit Christum*, taliter est convertenda: *Si Petrus loquetur cum ostriaria, is qui negabit Christum, erit Petrus.*

165.

Conversio propositionis complexæ.

6to. Propositiones complexæ convertuntur per conversionem, simplicium ex quibus coalescunt. Ex. gr. hæc complexa: *Et homo est animal, Et lapis non est animal*, sic convertetur: *Et aliquod animal est homo, & nullum animal est lapis.* Hæc conversio quandoque fit per conversionem omnium simplicium, ex quibus coalescit propositio complexa; quandoque fit per conversionem unius simplicis, item quandoque conversio fit sine mutatione quantitatis, quandoque cum mutatione ejusdem, ita, ut conversio sit copulativa convertens sit disjunctiva.

## DISPUTATIO III.

### *De tertia Intellectus Operatione*

**T**ertia intellectus nostri operatio, est Argumentatio seu discursus. De hoc tractandum est nobis presenti disputatione, postquam duabus præcedentibus egimus de prima, & 2da ejusdem intellectus operatione. Porro disputatio hæc tres continebit quæstiones, quarum prima inquirat quid sit Argumentatio ut sic? 2da, quæ sunt species Argumentationis, potissimum verò aget de præcipua ejus specie, quæ est syllogismus. 3tia inquirat, quæ sunt argumentationis proprietates, quæ item opposita ejusdem.

### QUÆSTIO I.

#### *Quid sit Argumentatio?*

Duo hic resolvam. 1. Quid sit Argumentatio quoad suum conceptum essentialem metaphysicum? 2. Quid sit Argumentationis

Argumentatio quoad sua constitutiva, seu partes & principia intrinseca physica?

## QUANTUM Ad Ium.

Conceptus essentialis metaphysicus rei, est Definitio explicans naturam, seu essentiam rei per prædicata essentialia ejusdem, nimirum per genus proximum, & differentiam ultimam. Unde quærere, quis sit conceptus essentialis metaphysicus Argumentationis, est quærere, quæ sit definitio explicans essentiam Argumentationis per genus proximum, & differentiam ultimam ejusdem, seu est quærere, quomodo definiatur Argumentatio?

Respondeo argumentationem definiiri per hoc, quòd sit oratio complectens plures propositiones formales copulatas aliquâ particulâ illativâ, quæ sit nota unam veritatem inferri ex alia, vel ex aliis.

Brevius sic alii definiunt Argumentationem: est oratio in qua ex una veritate cognita vel ex pluribus, inferitur alia veritas ab illis ipsis diversa.

Aliis sic placet definire Argumentationem: est oratio, in qua propter identitatem seu connexionem aliquorum extremorum cum uno tertio in antecedentibus propositionibus affirmatam, in consequenti affirmatur identitas, seu connexio eorundem extremorum inter se. Vel in qua propter connexionem seu identitatem unius extremi cum aliquo tertio affirmatam per unam præmissam, & propter negatam alterius extremi connexionem seu identitatem cum eodem tertio, negatam inquam per alteram præmissam, in consequenti negatur identitas, seu connexio ipsorum extremorum inter se. Talis Argumentatio est, cum dico: *Omnis homo est animal. Sed Petrus est homo. Ergo Petrus est animal.* Ex eo enim inter *Petrum & animal*, tanquam inter duo extrema affirmatur in consequenti identitas, quia in propositionibus antecedentibus affirmata

Argumentationis definitiones

affirmata est identitas eorundem extremorum cum uno 3tio, nimirum cum *homine*. Talis item argumentatio est, dum arguo: *Nullus homo est lapis. Petrus est homo. Ergo Petrus non est lapis*; In qua argumentatione ex eo in consequenti negatur identitas inter *Petrum*, & *lapidem*, quæ duo sunt extrema, seu termini ejusdem consequentis, quia unius ex his extremi nimirum *Petri* identitas cum uno tertio, hoc est cum *homine* affirmata est per unam præmissam, cum quo tertio alterius *lapidis* negata est identitas per alteram præmissam.

Definitiones datæ videntur esse satis claræ, nec indigent ulteriori explicatione. Definitio tamen postremò locò allata, videtur definire unam non nisi Argumentationis speciem scilicet syllogismum, non verò Argumentationem, prout hæc accipitur universalissimè.

Argumentatio videtur nomen accepisse ab argumento, quod licet à plerisque confundatur cum ipsa argumentatione tamen argumentum in propria significatione acceptum, est quid diversum ab argumentatione. Argumentum enim est ratio inventa ad probandam conclusionem de cujus veritate dubitatur. Hæc ratio alio nomine dicitur medius terminus, seu medium, ex eo, quòd extrema conclusionis per identitatem cum ipsis, secum nectat, vel per non identitatem cum uno illorum, secum disconnectat. Argumentatio verò est deductio veritatis ignotæ ex ratione notiore, aut potius argumentatio universalissimè accepta est quæcunque illatio unius veritatis ex alia, vel ex aliis.

Argumentatio  
& Argumen-  
tum, per quid  
differant?

## QUANTUM Ad 2dum.

Diversa argumentationis constitutiva possunt & solent assignari. Inter hæc potissima constitutiva sunt Materia & forma.

Materia Argumentationis duplex est. Una materia  
ex qua

*ex qua.* Altera materia *circa quam.* Materia *ex qua,* sunt ipsi actus & operationes Intellectus, ex quibus coalescit argumentatio. Materia *circa quam,* sunt illæ ipsæ res, de quibus argumentatio procedit, seu est objectum, quod attingitur per actus Intellectus, quibus constat argumentatio. Materia *ex qua,* sunt propositiones formales, & termini formales; Materia *circa quam,* sunt propositiones objectivæ, & termini objectivi.

Argumentationis materia *ex qua.*

Materia *circa quam.*

Materia *ex qua* iterum duplex est, una remota, altera proxima. Remota materia sunt termini propositionum, quibus, quia constant propositiones argumentationis, etiam ipsa argumentatio constare censetur. Proxima materia sunt ipsæ propositiones, ex quibus Argumentatio componitur, propositiones hujusmodi duæ ad minimum in argumentatione esse debent, in quibusdam argumentationibus possunt ac etiam debent esse plures propositiones, ut dicitur inferius.

Materia *ex qua* alia remota, alia proxima.

Ex his materiæ speciebus sola materia *ex qua* est constitutiva Argumentationis. Materia autem *circa quam* est objectum extrinsecum non ingrediens constitutionem argumentationis formalis secundum se sumptæ. Ex propositionibus constituentibus Argumentationem illa propositio, quæ inferitur ex aliis dicitur conclusio. Propositiones verò ex quibus inferitur conclusio, si plures sunt, dicuntur præmissæ, si una est, dicitur antecedens.

Argumentatio constituitur materia *ex qua*

In conclusione ipsa, seu in illa propositione, quæ ex aliis inferitur, duo iterum saltem per rationem distincta reperiantur, quorum unum est ipsa propositio ultima argumentationis secundum se accepta, independenter à connexionem, quam habet cum præmissis, & independenter ab hoc, quod inferatur ex aliis, sic spectata ultima hæc propositio dicitur *Consequens*, seu *conclusio materialiter sumpta.* Alterum quod in conclusione reperitur est illatio formalis ultimæ propositionis ex antecedente, vel præmissis, seu est connexio veritatis quam enuntiat ultima propositio cum veritate antecedentis, vel præmissarum. Illatio hæc ut talis dicitur *consequentia*, seu *conclusio formaliter*.

<sup>4</sup> Consequens & consequentia quomodo sunt diversa?

*formaliter sumpta.* Ex his duobus, id quod dicitur *consequens*, exprimitur ultima propositione argumentationis accepta secundum se, & independenter à particula illativa *ergo*, vel alia simili. *Consequentia* autem exprimitur per particulam illativam, quæ est nota, seu indicium connexionis, quæ est inter veritatem præmissarum, & veritatem consequentis, ita ut veritas præmissarum inferat veritatem consequentis.

5. Hacpositâ differentiâ inter consequens & consequentiam adverto, & noto imò posse esse verum consequens, & consequentiam falsam. Fieri enim potest, ut aliqua propositio ex aliis illata, sumpta secundum se, nec attenda connexionem sui cum præmissis sit vera. Et eadem propositio prout est illatio, & prout significat connexionem inter præmissas, & consequens sit falsa. Patet id in hac argumentatione: *Omne corpus est substantia. Angelus est corpus. Ergo Angelus est substantia.* Cujus argumentationis consequens est verum, quia verum est, quod *Angelus est substantia*, falsa autem est consequentia, malè enim infertur *Angelum esse substantiam*, ex eo quia est *corpus*, nec extrema consequentis ex eo secum connectuntur, quia connectebantur in præmissis cum medio, defacto enim non connectebatur unum, siquidem *Angelus non est corpus*.

Hæc tunc est falsa dum infertur ex præmissa falsa.

Dices. Si in hoc syllogismo consequentia esset falsa, posset negari. Sed non potest negari. Ergo non est falsa. Respondedo cum distinctione. Si consequentia esset falsa, posset negari, vel concessis præmissis vel una saltem illarum negatâ. Concedo sequelam. Si consequentia esset falsa, posset negari, concedo sequelam. Si consequentia adductæ argumentationis non posset negari concessis præmissis. Concedo minorem. Non potest negari unâ saltem præmissâ negatâ. Nego minorem & consequentiam: Ac dico consequentiam syllogismi posse aliquando negari concessis præmissis idque propter vitium formæ illius syllogismi. Ratione cujus vitii extrema non fuerunt connexa cum uno tertio, quæ per consequentiam affirmantur

diversa sunt, consequentiam bene esse illatam, & esse veram.

mantur esse connexa inter se propter connexionem cum uno tertio.

Aliquando consequentia potest negari propter negatam unam saltem præmissam, quæ si falsa est & negabilis, etiam consequentia falsa est & negabilis. Hac enim sequitur debiliorem partem.

Videmusque defacto negari consequentiam in syllogismis, quorum præmissæ distinguuntur, quæ non ex alio capite negatur, nisi quia falsa est, & negatur una præmissa in sensu, in quo infert, vel deberet inferre consequentiam, in quo sensu si hæc ipsa præmissa concederetur, deberet ex vi formæ concedi consequentia.

Noto 2do. Dum negatur consequentia non semper negari veritatem consequentis, seu propositionis, quæ infertur, sumptæ secundum se. Siquidem ut dictum est, potest esse verum consequens, & falsa consequentia, sed negari plerumque connexionem ultimæ propositionis cum antecedente, seu negari ex veritate antecedentis vel præmissarum sequi veritatem talis conclusionis, bonamque & veram esse illationem ejusdem. Addidi: *negari plerumque consequentiam, non negato consequente.* Quandoque enim negata consequentia negatur etiam & consequens, si hoc secundum se sit falsum, aut aliunde non constet de ejus veritate.

Noto 3tio. Quare nam à Philosophis inter argumentandum nunquam distinguatur consequentia, sed solum distinguatur consequens. Hujus nimirum hæc ratio est, quia propositio, quæ infertur secundum se accepta, potest habere multiplicem sensum, potestque accepta in uno sensu à præmissis inferri, cum illisque connexionem habere; in alio sensu accepta, ab iisdem præmissis non inferri, nec habere cum illis connexionem. Hinc autem ulterius habetur, quod quamvis consequens distinguatur non consequentia, tamen negatur, aut conceditur non consequens, sed consequentia. Quod cum sit, sic intelligendū est. Si consequens accipiatur in tali, & tali sensu per distinctionem explicato, Concedo consequentiam, hoc est: concedo bonam esse illationem, & consequens taliter acceptum

6.

Dum negatur consequentia, non semper negatur veritas consequentis.

7.

Consequens distinguitur, non consequentia.

Non tamen negatur consequens, sed consequentia.

habere connexionem cum præmissis. Quòd si consequens accipiat in alio diverso sensu, Nego consequentiam, id est, nego bonam esse illationem, seu nego consequens inferri ex præmissis.

8. Consequentia dividitur in materialem & formalem. Consequentia prout distincta à consequente dividi à quibusdam solet in materialem & formalem. Materialis consequentia est illa consequentia, quæ rectè inferatur ex præmissis, vel ex antecedente propter connexionem Materiz circum quam, id est, propter connexionem objecti conclusionis cum objecto præmissarum, quamvis forte illatio non fiat juxta leges bonæ argumentationis. Consequentia formalis est, quando ultima propositio seu conclusio Argumentationis rectè inferatur ex præmissis propter formam Argumentationis, id est, propter bonam dispositionem propositionum, & terminorum legibus Dialecticis conformem.

9. Forma argumentationis quid sit? Forma argumentationis est certa & apta dispositio seu coordinatio propositionum, & terminorum legibus Dialecticis præscripta in ordine ad aliquid rectè inferendum. De hac forma præterea quòd agatur in præsentibus, dum agatur de singulis argumentationis speciebus, de cujusvis forma ea dicentur, quæ scitu digna, & necessaria esse judicabuntur. Ubi agemus de syllogismo, de hujus forma pluribus ex professo tractabitur: de hac enim plura dicenda occurrent.

## QUESTIO II.

### De speciebus Argumentationis & de Syllogismo

In tria puncta dividetur præsens Quæstio. 1mo Puncto agatur de speciebus Argumentationis universaliter acceptæ. 2do, de syllogismo ejusque speciebus, in quas syllogismus dividitur ratione materiz. 3tio, de speciebus & divisionibus syllogismi ratione formæ, & de constructione syllogismorum.

Pun-



## PUNCTUM I.

*De speciebus Argumentationis universaliter acceptæ. Species Argumentationis hæc sunt.*

Imò Enthymema. Est autem Enthymema Argumentatio, in qua ex una nonnisi propositione, seu antecedente infertur conclusio. Putant aliqui Enthymema per hoc unicc differre à syllogismo, quòd in syllogismo ponantur expressè tres propositiones, cum præscripta tum ipsarum, tum terminorum coordinatione ac dispositione. In Enthymemate verò duæ propositiones expressè ponantur, tertia subiceatur, debeat tamen subintelligi. Unde etiam Enthymema truncatus syllogismus dicitur. Et sic in hoc Enthymemate: *Petrus est homo. Ergo Petrus est rationalis*, dicunt hanc tertiam propositionem: *Omnis homo est rationalis*, subiceri, & debere subintelligi, quæ propositio debet deinde expressè poni, si Enthymemati negetur consequentia, per illius enim additionem Enthymema reducetur ad syllogismum perfectum in hunc vg. Modum: *Omnis homo est rationalis. Petrus est homo. Ergo Petrus est rationalis.* Censeo nihilominus cum pluribus aliis ultra Enthymemata, in quibus duæ propositiones expressè ponuntur, tertia verò subicitur, dari talia Enthymemata, in quibus ita duæ propositiones Antecedens & Consequentia ponuntur expressè, ut tertia propositio non reticeatur, nec debeat subintelligi: talia Enthymemata sunt. 1mò, dum ex conversa infertur convertens: *Omnis homo est animal. Ergo aliquod animal, est homo.* 2dò, dum ex aliqua propositione infertur illi æquipollens: *Aliquis homo non est lapis. Ergo non omnis homo est lapis.* 3tiò, dum ex propositione universalì, infertur particularis subalterna: *Omnis homo est animal. Ergo aliquis homo est animal.* 4tò, dum ex propositione complexa copulativa infertur propositio simplex, quã in se includit talis complexa: *Et Petrus, & Paulus currit. Ergo Petrus currit.* 5tò, si ex minore alicujus syllogismi inferatur conse-

10.  
Quid Enthymema?

Non in quovis Enthymemate reticetur tertia propositio.

quens conditionatum, in quo sub conditione majoris inferatur conclusio syllogismi sic. *vg. Petrus est homo. Ergo si omnis homo est rationalis. Petrus est rationalis.* Vel si ex majore inferatur consequens conditionatum dicens pro conditione minore: *Omnis homo est rationalis Ergo si Petrus est homo: Petrus est rationalis.* Plura hujusmodi Enthymemata assignantur vel assignari possunt, in quibus ita sunt duæ propositiones expressæ positæ, ut tertia subintelligi non debeat. Enthymemata illa, in quibus non debet subintelligi tertia propositio, nec arguitur ex connexione extremorum cum uno tertio, aut ex disconnexione, dicuntur Enthymemata non argumentativa. E contra argumentativa Enthymemata dicuntur, in quibus ultra duas propositiones expressæ positas, tertia subicitur, vel certe in consequenti prædicatum enuntiatur de subjecto propter connexionem, seu identitatem extremorum conclusionis cum uno tertio, seu cum medio termino, qui Argumentum dicitur.

Enthymema argumentativum dicitur, in quo reticetur 3tia propositio.

11.  
Exemplum quid sit?

2da species Argumentationis est Exemplum, quod ab aliis dicitur Argumentum à pari. Est verò Exemplum, Argumentatio inferens unam propositionem ex alia, ob similitudinem objecti consequentis cum objecto antecedentis. Seu est argumentatio, in qua propter similitudinem aliquorum inter se, & convenientiam in ratione ipsis communi, ab uno arguitur ad aliud, & quod ob rationem illam communem dicitur de uno, idem dicitur & de alio talem rationem participante. Talis argumentatio est: *Patuerunt hi, & hæc. Ergo & tu poteris.*

12.  
Quid inductio?

3tia species est Inductio. Est autem Inductio ascensus de quo supra actum est, seu argumentatio ab inferioribus sufficiente enumeratis ad terminum superiorem & communem. Talis Inductio est dum arguitur. *Et Petrus est animal, & Paulus est animal, & sic de cæteris individuis hominibus. Ergo omnis homo est animal.* Hoc genere Argumentationis utuntur Philosophi in probandis propositionibus universalibus, & in declarandis quibusdam principiis, dum hæc à quopiam in dubium revocantur.

13.

4ta Species Argumentationis est Dilemma, quod alio nomine

nomine vocatur Cornutus syllogismus. Est autem Dilemma Quid Dilemma. tunc, quando per propositionem disjunctivam, ita enuntiamur sub disjunctione duo contradictoria, ut adversarius alterum trum admittere teneatur, quocumque autem admissio, æqualiter impu netur, & prematur. Tale illud Argumentum est S. Augustini contra Milites custodes sepulchri Christi: *Vel vidistis Christum ex sepulchro auferri à discipulis ipsius, vel non vidistis. Si vidistis? quomodo vobis dormientibus ablatum est? quare item auferri illum permisistis? Si non vidistis, audiendi non estis, quia ablatum esse frustra, & sine fundamento asseritis.* Tale item argumentum est ejusdem S. Augustini lib. 3 contra Academicos, qui negabant dari scientias. *Vel scis, quod negas, vel nescis. Si scis? ergo tibi contradicis, in te enim ipso experiris, quod negas. Si non scis? Ergo imprudenter negas, quod non scis, & ignoras, adeoque audiendus non es.*

Ista Species Argumentationis dicitur Sorites. Est autem Sorites argumentatio, in qua plures ponuntur propositiones inter se connexæ. In iisque ita ordinantur termini, ut prædicatum propositionis 1mæ sit subjectum 2dæ, & prædicatum 2dæ sit subjectum 3tæ, hujus iterum prædicatum sit subjectum 4tæ, & sic deinceps si plures adhuc fuerint propositiones, tandemque in ultima propositione, quæ illativa esse debet, prædicatum propositionis penultimæ enuntiat de subjecto propositionis primæ. Talis Argumentatio v.g. est: *DEUS est Ens à se. Ens à se est perfectissimum. Ens perfectissimum nullam involvit imperfectionem. Quod non involvit ullam imperfectionem non est Chimæra. Ergo DEUS non est Chimæra.*

14.  
Quid Sorites?

## PUNCTUM II.

### De syllogismo ejusq; Divisionibus ratione materiæ

Præter enumeratas 5 Species Argumentationis, potissima & celeberrima ejus species est Syllogismus.

Hic ab Aristotele, cui orbis doctrinam de Syllogismo 15.  
debet

Definitur syllogismus?

debet, sic definitur: *Syllogismus est Oratio in qua quibusdam positis aliud quiddam ab his, quæ posita sunt ex necessitate accidit, eo quod hæc sint.*

Explicatur definitio.

Explicatur definitio, dicitur *Oratio*, ubi per orationem non intelligitur unus Actus intellectus v.g. una propositio, sed intelliguntur plures propositiones, quæ propter connexionem, quam inter se habent, unius orationis nomen sortiuntur. Dicitur: *in qua quibusdam positis aliud quiddam ab his, quæ posita sunt ex necessitate accidit*, hoc est: in qua concessis quibusdam propositionibus, extrema quæpiam necessitibus cum uno tertio, (quæ propositiones præmissæ dicuntur) debet necessario poni tertia propositio illativa, necens illa ipsa extrema inter se, quæ propositio conclusio dicitur. Dicitur adhuc, & additur: *ex eo quod hæc sint*, ad significandum, quod conclusio, seu tertia illa propositio illativa, aliis exclusis, vel præcisus rationibus, debeat sequi propter positas, seu elicatas præmissas.

16.  
Variæ definitiones syllogismi.

Syllogismum clarius sic definit P. Isquirdo in *Pharosciantiarum Disp. 20. Quæst. 2.* Syllogismus est Argumentatio, in qua ex duabus propositionibus pro antecedente positis, indivisim infertur Consequens, ex eo videlicet, quod neutra earum seorsim sumpta sit connexa cum consequente, bene tamen conjunctum utraque Alii sic definiunt. Est Oratio, in qua propter positum assensum identitati extremorum cum uno tertio per præmissas antecedentes factum, intellectus per conclusionem assentiri debet eorundem extremorum identitati inter se, vel propter assensum identitati unius extremi cum uno tertio per unam præmissam, & propter dissentium identitati alterius extremi cum eodem tertio per alteram præmissam, intellectus per conclusionem dissentiri debet identitati talium extremorum inter se.

Dices, per nullam propositionem affirmativam assentimur objecto, per nullam item propositionem negativam dissentimur objecto, adeoque nec assentimur, vel dissentimur identi-

tati

tati extremorū, sed assentimur vel dissentimur propositioni aut eon-  
 sequentia syllogismi; idque subinde assentimur propositioni, vel  
 conclusioni negativæ: dissentimur propositioni, vel conclusioni af-  
 firmativæ. Respondeo conformiter ad dicta in ingressu Disp.  
 2dæ, & dico plura in adducta objectione proponi, quæ falsa  
 sunt, & ut talia negari debent. Falsum imprimis est, quod per  
 assentiū non assentiamur objecto, nec per dissentium dissentiamur  
 objecto. Assensus enim & dissensus cum sint actus intentio-  
 nales potentia intellectivæ, debent esse tendentia vitalis in  
 objectum, adeoque debent esse assensus, & dissensus objecto.  
 Et licet dicantur esse assensus, & dissensus propositioni for-  
 mali, tamen cum hoc stat, quod sint assensus, & dissensus ob-  
 jecto, ipsa enim propositio formalis est objectum, circa quod  
 versatur talis assensus vel dissensus. Falsum 2dò est, quod non  
 assentiamur nec dissentiamur per propositionem. Etiam assen-  
 sus, & dissensus prout explicantur, vel explicari debent ab ad-  
 versariis, non aliter fit, nisi per propositionem: nimirum, as-  
 sensus propositioni formali fit per propositionem reflexam,  
 quæ affirmat quod propositio formalis sit vera, dissensus pro-  
 positioni formali, fit per propositionem reflexam, quæ enun-  
 tiat, quod propositio formalis non sit vera. Quod si  
 negas assensum, vel dissentium eò modò fieri, ostendas ve-  
 lim, & explices modum illum diversum, quò fiat, & puto  
 non futuram diversitatem, nisi sortè in verbis. Falsum  
 3tio est. Quod soli nonnisi propositioni formali assentiamur,  
 & non etiam propositioni objectivæ. Quid enim prohibet  
 dicere, quod assentiamur, vel dissentiamur utrique propositio-  
 ni objectivæ per assensum, vel dissentium directum, propo-  
 sitioni formali per assensum, vel dissentium reflexum. Hoc di-  
 ci deberet, nisi de voce ab uno & altero aliter intellecta,  
 quam hætenus intellecta fuerit, exciteretur litigium. Certè  
 sicut propositio potest esse vel directa, vel reflexa, pariter  
 assensus & dissensus potest esse alius directus, alius reflexus.  
 Falsum 4to est, quod non assentiamur, nec dissentiamur iden-  
 titati

Assentimur &  
 dissentimur ob-  
 jecto.

idque per pro-  
 positionem.

Assentimur &  
 dissentimur  
 non solum pro-  
 positioni for-  
 mali, sed etiam  
 objectivæ.

Item identitati  
 extremorū in-

ter se cū uno  
tertio.

titati extremorum inter se, ac etiam identitati extremorum cum uno tertio. Talem certè assensum intelligunt Philosophi, & de tali quærant, dum inquirunt, an posito assensu præmissarum, intellectus necessitetur ad assensum conclusionis. Sensus enim hujus quæsitus est. An intellectus si assentiatur identitati extremorum cum uno tertio per præmissas, hoc ipso necessitetur ad assentiendum identitati extremorum inter se? Seu an positis præmissis formalibus, quæ utique sunt propositiones formales, necesse sit poni & sequi conclusionem formalem. Ad id quod additur: Assentimur propositioni negativæ; dissentimur propositioni affirmativæ. Ergo assensus & dissensus non est propositio. Assensus enim deberet esse propositio affirmativa, dissensus deberet esse propositio negativa; adeoque deberemus semper assentiri propositioni affirmativæ, & deberemus dissentiri propositioni negativæ: Ad hoc inquam quid debeat dici, ex dictis facillè intelligitur. Nimirum, dicendum est, quòd assentiamur assensu reflexo propositioni negativæ, & dissentiamur dissensu reflexo propositioni affirmativæ: cæterum hic ipse assensus reflexus fit per propositionem reflexam affirmativam, & dissensus reflexus fit per propositionem negativam. Præter hunc autem assensum & dissensum, datur assensus directus, & dissensus directus; per quos assentimur & dissentimur identitati aliquorum terminorum.

Assensus reflexus fit per propositionem affirmativam & dissensus fit per negativam.

Hæc dicta sint in defensionem definitionis syllogismi, quæ eundem explicat per assensum vel dissensum identitati extremorum, quorum identitati cum uno tertio positus est assensus per præmissas, vel per unam præmissam positus est assensus identitati unius extremi cum tertio, & per alteram præmissam positus est dissensus identitati alterius extremi cum eodem tertio. Interim ad avertendam occasionem excurrendi extra propositam materiam. Locò hujus definitionis syllogismi, hæc alia potest substitui: Syllogismus est oratio, in qua propter affirmatam vel negatam per præmissas identitatem extremorum cum medio termino, necesse est per conclusio-

nam affirmari vel negari identitatem eorundem extremorum inter se.

Sicut quavis Argumentatio, ita & syllogismus constat materia & forma. Materia proxima *ex qua* fit syllogismus, sunt propositiones tres, quarum 1<sup>a</sup> dicitur Major. 2<sup>a</sup> Minor, 3<sup>ta</sup> Conclusio. Major & Minor alio nomine appellantur *præmissa*.

17.

Syllogismus  
constat mate-  
ria & forma.

Materia remota *ex qua* sunt tres termini principales, quorum duo vocantur extrema Conclusionis, qui scilicet ponuntur pro *subjecto* & *prædicato* ejusdem. Ex his terminis ille, qui ponitur pro *prædicato* Conclusionis, vocatur *extremum majus*, quia communiter hic terminus est universalior, quam *subjectum* Conclusionis; præterea dicitur *extremum majus*, à *Majore*, in qua *prædicatum* Conclusionis poni solet in præcipuis syllogismis: nimirum, in modis directis: imò figuræ, & in modis figuratis: 2<sup>te</sup> & 3<sup>ta</sup>. Extremum quod ponitur pro *subjecto* Conclusionis, dicitur *extremum minus*. Tertius terminus, qui ponitur in utraque *præmissa*, nec Conclusionem ingredi debet, dicitur *medius terminus* ob rationem. 2<sup>o</sup> *insinuatam*.

Materia circa quam syllogismi, sunt objecta aliqua se-cum identificata, seu connexa propter identitatem seu connexionem eorundem cum uno tertio. Aut sunt objecta non identificata, nec connexa secum: quia unum illorum est idem, vel connexum cum uno tertio; alterum non est idem, nec connexum cum uno tertio.

18.

Quæ materia -  
circa quam?

Hæc ipsa materia multiplex est; alia necessaria, alia contingens, alia impossibilibus. Necessaria materia est, cum prædicatum Conclusionis necessario convenit *subjecto*, propter necessariam convenientiam eorundem extremorum Terminis Medio: vel quando prædicatum Conclusionis necessario non convenit *subjecto* ejusdem. Quia unum ex ipsis necessario non convenit Medio Terminis, licet alterum eidem necessario conveniat. Materia contingens est, cum prædicatum Conclu-

hæc alia est ne-  
cessaria

alia contingens.

Ce

sionis

alia impossi-  
bilis.

sionis contingenter convenit subjecto, idque propter contingenter convenientiam alterutrius extremi ipsi medio termino. Vel, cum prædicatum conclusionis contingenter non convenit subjecto, idque propter contingenter non convenientiam alterutrius extremi ipsi medio termino. Impossibilis materia est, dum impossibile est extremum unum conclusionis convenire alteri, quia alterutrum illorum repugnat ipsi medio; vel, dum impossibile est extrema, quæ de se negantur in conclusione sibi non convenire: idque ex eo, quòd unum negetur convenire uni tertio, cui illud repugnat non convenire.

19.  
Forma syllogismi quæ sit?

Forma Syllogismi, est certa Coordinatio sive ipsarum propositionum, sive terminorum, quibus constant propositiones, ipsarumque propositionum certa & determinata quantitas & qualitas. Hæc forma ex duobus coalescit. imò, ex certa & apta Coordinatione terminorum, potissimum verò medi termini. Quæ Coordinatio vocatur: *figura syllogismi*. 2dò, Forma Syllogismi coalescit, ex certa & apta Coordinatione propositionum eandem vel diversam quantitatem & qualitatem habentium; hæc, *Modus syllogismi* appellatur.

### Ratione Materiæ.

20.  
Syllogismus alius est demonstrativus.

Dividitur imò Syllogismus in Demonstrativum, Probabilem & Sophisticum. Demonstrativus Syllogismus est, in quo ex præmissa utraqûe certa & evidente, inferitur Conclusio itidem certa, & evidens. Probabilis syllogismus (qui ab Aristotele alio nomine Topicus appellatur) est ille, in quo ex una saltem præmissa probabili, hoc est, incerta & inevidente, licet altera præmissa fuerit certa & evidens, inferitur conclusio probabilis seu incerta, & inevidens. Syllogismus sophisticus, est Argumentatio captiosa, seu ut hunc Aristoteles definit; est Syllogismus ex iis, quæ videntur probabilis, & non sunt, qui videtur aliquid concludere, & nihil concludit. Syllogismus hic nec nomine Syllogismi dignus, non tam est

Alius Probabilis.

Alius Sophisticus.

species



species Syllogismi, quàm potius oppositum ejusdem. De illo proinde agetur fufius ubi de oppositis Syllogismi.

2dò. Dividitur Syllogismus in affirmativum, in quo omnes propositiones sunt affirmativæ, & in negativum, in quo una præmissa & conclusio sunt negativæ. An verò omnes propositiones in Syllogismo possint esse negativæ, dicitur inferiùs.

3tiò. Syllogismus dividitur in simplicem, & complexum. Simplex Syllogismus est, qui constat omnibus propositionibus simplicibus. Complexus est, qui vel omnibus, vel aliquibus constat propositionibus complexis.

Simplex Syllogismus subdividitur imprimis in simplicem de inesse, & simplicem modalem. Simplex de inesse Syllogismus est, qui constat omnibus propositionibus simplicibus de inesse. Modalis Syllogismus est, qui aut omnibus propositionibus modalibus, aut duabus modalibus, tertia verò simplici de inesse constat.

Syllogismus simplex, alius est de Medio communi, alius simplex de Medio singulari. Simplex de medio communi ex vi nominis ille deberet esse, qui constat mediò terminò communi. Usus tamen obrinuit, ut per talem Syllogismum intelligatur Syllogismus, qui constat omnibus tribus terminis communibus: adeoque qui constat aut propositionibus indefinitis, aut omnibus universalibus, aut una universali, duabus particularibus.

Syllogismus simplex de Medio singulari (qui etiam expositivus dicitur) in stricta acceptione ille deberet esse, qui constat medio termino singulari. Qualis est hic Syllogismus: *Hic homo est vivens. Sed hic homo est animal. Ergo aliquod animal est vivens.* Communiter tamen per expositivum Syllogismum intelligitur, qui aliquem terminum etiam non medium habet singularem. Et sic etiam hic Syllogismus est Expositivus: *Omnis homo est animal. Sed Petrus est homo. Ergo Petrus est animal.*

Dicitur verò expositivus ex eo, quòd per terminos singulares soleant exponi termini communes.

21.

Item affirmativus, &amp; negativus.

22

Alius simplex, alius complexus.

Alius simplex de inesse.

alius modalis

Simplex alius de medio communi.

Alius de medio singulari, seu expositivus.

23.  
Syllogismus  
ex rectis.

Ex obliquis

Subdividitur deinde syllogismus simplex in syllogismum rectum, seu syllogismum ex rectis, qui nimirum constat omnibus terminis in casu recto positis, & in syllogismum obliquum, seu ex obliquis, qui aliquo termino vel aliquibus terminis obliquis constat. Qualis est ille Syllogismus: *Amicorum omnia sunt communia. Sed Petrus, & Paulus sunt amici. Ergo Petri, & Pauli omnia sunt communia.*

24.  
Categoricus  
Hypotheticus.

Præterea Syllogismus simplex subdividitur in Categoricum, & Hypotheticum. Categoricus est ille, qui constat omnibus propositionibus categoricis, & absolutis. Hypotheticus syllogismus est, qui vel omnibus, vel una saltem propositione hypothetica constat ut cum dico: *Si sol est, dies est. Sed sol est. Ergo dies est.*

25.  
Complexus

Complexus syllogismus pariter in plures species tanquam in ramos subdividitur. Nimirum in complexum expressè talem, qui constat propositionibus complexis expressè talibus; & in syllogismum exponibilem, qui constat propositionibus exponibilibus.

Copulativus.

Rursum Complexus expressè talis, alius est Copulativus, alius Disjunctivus, alius Mixtus ex utroque, alius Causalis.

Disjunctivus.

Copulativus Syllogismus est, qui constat vel omnibus propositionibus copulativis, vel aliquibus. Talis syllogismus est: *Quod currit motu vitali progressivo est animal. Sed Petrus, & Paulus currit motu vitali progressivo. Ergo Petrus, & Paulus est animal.*

Mixtus ex copulativo & Disjunctivo.

Disjunctivus syllogismus est, qui constat propositione Disjunctiva, una vel pluribus. Talis syllogismus est: *Quod currit cursu vitali progressivo, est vel homo, vel brutum. Sed Petrus currit cursu vitali progressivo. Ergo Petrus est vel homo, vel brutum.*

Causalis.

Syllogismus Mixtus est, qui constat propositionibus & copulativis & disjunctivis. Talis syllogismus: *Quod currit est vel homo, vel brutum. Sed Petrus, & Paulus currit. Ergo Petrus & Paulus est vel homo, vel brutum.*

Syllogismus Causalis est, in quo una saltem propo-

tio

tio est causalis.

Talis est hic Syllogismus :

*Ex eo Petrus est homo, quia est animal rationale. Sed etiam Paulus est animal rationale. Ergo etiam Paulus est homo.*

Syllogismum hunc improbabit quispiam, & dicet ipsum non rectè concludere; ex eo, quòd constet quatuor terminis. Tales nimirum termini in adducto syllogismo sunt: *Petrus, homo, animal rationale, & Paulus.* Verùm diversa hæc sunt: syllogismum, seu Argumentationem aliquam non servare aliquas leges multis aliis argumentationibus communes; imò syllogismis propriè dictis, proprias; adeoque talem Argumentationem non esse syllogismum rigorosè dialecticè talem. Et aliud est syllogismum, aut potius argumentationem hujusmodi non rectè concludere. Non desunt enim tales Argumentationes, imò & Syllogismi, qui rectè concludunt, etiamsi non servent omnes leges, quæ in aliis Syllogismis servantur, & servari debent. Et sic rectè concludunt Syllogismi Expositorii, Syllogismi Hypothetici, Syllogismi Proportionum; rectè item concludunt argumentationes quæ dicuntur Dilemmata, Sorites &c. Quæ tamen non servant leges communes Syllogismorum dialecticè talium. Quo posito: eodem modo discurrendum est de Syllogismo Causali,

nimirum dici potest, quòd hic Syllogismus non servet illam legem communem Syllogismorum propriè dictorum, ut non sint plures, quàm tres diversi termini in Syllogismo. Nec mirum id esse debet, siquidem in tali Syllogismo una illa propositio, quæ est causalis, constat tribus terminis præter legem communem aliarum propositionum, per quam duo tantum termini in propositione esse debent, subjectum, & prædicatum. Unde dici ulterius potest, Syllogismum causalem non esse rigorosè dialecticè syllogismum. Negari nihilominus debet, quòd hic syllogismus non rectè concludat. Rectè illum concludere evincit, tum Ratio afferenda Num. 97. Tum quia syllogismus causalis æquivalet syllogismo expositorio rectè concludenti, sola propositione causali mutata in majorem. Ex.

Licet fortè non sit dialecticè syllogismus.

Rectè tamen concludit.

Æquivalet syl-

logismo diale-  
ctice tali.

Videtur com-  
plecti Enthymema, & syllogismum.

Rectè illū con-  
cludere, ratio-  
ne evincitur.

gr. Syllogismus ille causalis: *Ex eo Petrus est homo, quia est animal rationale. Sed etiam Paulus est animal rationale. Ergo etiam Paulus est homo;* æquivalet huic Syllogismo expositorio rectè concludenti: *Omne animal rationale est homo. Sed Paulus est animal rationale. Ergo Paulus est homo.* Cujus Syllogismi Major ponitur loco causalis, ex qua deducitur, per eamque Majorem exprimitur connexio terminorum communium convenientium Petro, quales termini communes sunt: *Animal rationale, & homo.* Tum quia dici potest Syllogismum causalem esse argumentationem, quæ tacite completitur duas argumentationes, quarum una est Enthymema cum illato. Altera est syllogismus legitimus. Propositio causalis est Antecedens Enthymematis, Consequentia subtrahitur, & illatam, quod ipsum est Major Syllogismi. Quare si propositiones, quæ subtrahuntur expressè ponantur, habebitur duplex illa argumentatio rectè concludens: *Ex eo Petrus est homo, quia est animal rationale. Ergo de ratione animalis rationalis est esse hominem. Ergo omne animal rationale est homo. Sed Paulus est animal rationale. Ergo Paulus est homo.* In fundamento hujus rationis Syllogismum causalem rectè concludere sic adhuc evinco. Quidquid infertur legitimè ex consequente, id ipsum rectè infertur ex Antecedente, ex quo legitimè illatum est consequens, ut infra deducetur num. 94. Sed ex Consequente seu illato legitimo Enthymematis, ex hoc nimirum: *Omne animal rationale est homo,* rectè infertur, quòd *Paulus sit homo.* Ergo hoc ipsum rectè infertur etiam ex Antecedente Enthymematis, nimirum ex illa Causali: *Ex eo Petrus est homo, quia est animal rationale.* Adeoque sicut legitima est illatio hujus Syllogismi: *Omne animal rationale est homo. Sed Paulus est animal rationale. Ergo Paulus est homo;* ita legitima est & hæc illatio Syllogismi causalis: *Ex eo Petrus est homo, quia Petrus est animal rationale. Sed etiam Paulus est animal rationale. Ergo & Paulus est homo.*

Syllogismus exponibilis subdividitur in Exclusivum, qui constat

constat aliqua propositione Exclusiva; in Exceptivum, qui constat propositione Exceptiva; & in Reduplicativum, qui constat propositione Reduplicativa.

His omnibus syllogismi speciebus adnumerari debet Syllogismus proportionum, quo plerumque Mathematici uti solent. Est verò Syllogismus proportionum, in quo exproportione duarum rationum, seu ex comparatione aliquorum plurium inter se, quod de duobus affirmatur vel negatur, id ipsum propter rationis identitatem affirmatur vel negatur de aliis, ex his, quæ secum comparantur. Talis v.g. Syllogismus est: *Sicut se habet ulna ad semiulnam, ita se habet palmus ad semipalmum. Sed ulna est dupla semiulnae. Ergo & palmus est duplus semipalmi.* Vel universaliùs, Syllogismus proportionum, est Syllogismus comparans aliqua duo, & duo inter se, & ratione hujus comparationis æqualiter, vel inæqualiter differrens de utrisque.

27.  
Syllogismus  
proportionū.

### PUNCTUM III.

#### *De Divisione syllogismi ratione formæ, & de Constructione ejusdem.*

Quid sit forma syllogistica, & ex quibus coalescat dixi num. 19. In præsentii illud repeto: formam syllogismi coalescere ex figura & modo, quare ut sciatur multiplicitas syllogismi ratione formæ, notum esse debet quotuplex sit figura, & quot sunt modi syllogismi, totidem enim erunt species syllogismi ratione formæ.

28.  
forma syllogi-  
stica constat fi-  
gura & modo

Porrò censet P. Jsqurdo, quòd figuræ syllogismi utiles ad concludendum, octo adstrui possint. Octo enim vicibus possunt utiliter variari termini syllogismi, aliterque & aliter disponi. Imprimis enim medius terminus quatuor vicibus potest in syllogismo variari. imò: ut is ponatur pro subjecto Majoris, & pro predicato Minoris. 2do, ita, ut me-

Circa nume-  
rum figurarū  
sententiæ.

dus

dius terminus sit prædicatum Majoris, & subjectum Minoris. 3tio, ita, ut Medius terminus sic prædicatum tam in Majori, quam in minori. 4to. taliter, ut medius terminus sit subjectum & Majoris, & Minoris. Suppositis his variationibus medii termini: Extrema conclusionis possunt variari dupliciter, quatenus unum idemque extremum potest poni jam pro subjecto, jam pro prædicato Conclusionis. Ex quibus omnibus variationibus tam medii termini, quam extremorum conclusionis, possunt consurgere octo Figuræ è sensu dicti Authoris.

29. Aristoteles tres nonnisi figuras Syllogismi assignat, *imam*, in qua medius terminus ponitur in majori pro subjecto, in minori pro prædicato. 2dam, in qua medius terminus ponitur pro prædicato & majoris, & minoris. 3tiam, in qua medius terminus tam in majori, quam in minori ponitur pro subjecto. Hæ tres figuræ exprimi solent duobus illis versiculis.

Prima prius subjicit medium, post prædicat ipsum,  
Prædicat altera bis, tertia bis subjicit.

30. Figura Galeni  
quæ sit?

His tribus figuris ab Aristotele propositis accessit. 4ta Figura, dicta Galenica à Galeno usitata, secundum quam medius terminus in majori ponitur pro prædicato, in minori pro subjecto. Hujus figuræ vix non æquè frequens usus est, ac figuræ 1mæ Aristotelicæ.

31. Quæ sit figura  
ra 1ma.

Ab Aristotelis sententia circa multipliciter figuræ Syllogismi, ne recedatur, censeo quatuor figuras, qui numerus confurgit ex tribus figuris Aristotelis, & quarta Galenica, reduci posse ad ternarium figurarum. Ex quibus 1ma Figura erit, dum medius terminus in una præmissa (sive illa sit major, sive minor) ponitur pro subjecto, in altera pro prædicato. Sic explicata 1ma Figura complectitur & figuram 1mam Aristotelicam, & figuram Galenicam, quæ duæ figuræ videntur differre sola transpositione majoris, & minoris.

Quæ figura se-  
cunda?  
quæ tertia?

2da figura erit illa, in qua medius terminus ponitur pro prædicato tam majoris, quam minoris. 3tia erit, in qua medius terminus ponitur

ponitur pro subjecto utriusque præmissæ, omnes hæ figuræ, prout præsentī numero explicantur, sequentibus versiculis, qui non multum differunt à præcedentibus, satis commode describuntur.

Prima semel subjicit medium, tum prædicat ipsum,

Prædicat altera bis; tertia bis subjicit.

Hinc alterius patet, si velimus nos accommodare Aristotelis, & veterum Philosophorum menti circa multipliciter figurarum: per figuram debere non nisi intelligi certam & aptam dispositionem, seu coordinationem mediū termini: non verò coordinationem in conclusione extremorum eisdem. Per quam Aristoteles intelligit modos directos & indirectos Syllogismorum, eo sensu: ut modi non solum dicant diversam coordinationem propositionum unam eandemque, vel aliam & aliam sive quantitatem, sive qualitatem habentium; sed etiam ut dicant certam positionem extremorum in conclusione. Ex quibus modi directi primæ figuræ Aristotelicæ dicuntur illi, in quibus prædicatum Majoris, est etiam prædicatum conclusionis, subjectum verò Minoris, est subjectum conclusionis. Modi verò indirecti primæ figuræ Aristotelicæ sunt illi, in quibus extremum majus seu prædicatum Majoris, ponitur pro subjecto conclusionis. Extremum verò minus seu subjectum Minoris, ponitur pro prædicato conclusionis.

Omnes in universum modi, supposita divisione Aristotelicæ Syllogismorum, in tres figuras assignantur 19. & exprimentur sequentibus vocabulis.

bArbArA cELArEnt dArII fErIO bArAllIpton  
 cELAntEs dAbItIs fApEsmO frIsEsmOrum.  
 cEsArE cAmEstrEs fEstInO bArOcO, dArAptI  
 fELAprOn dIsAmIs dArIs/bOcArdO fErIsOn.

In quibus versiculis singulæ voces respondent singulis modis, tribusque primis vocalibus exprimunt quantitatem & qualitatem propositionum, ac etiam ordinem, quò propositionum quantitatem & qualitatem variantes poni debent. Quanam

Dd

verò

32.

Per figuram  
 quid intelligi  
 debeat.

Quid per mo-  
 dos tam direc-  
 ctos.

quàm indire-  
 ctos.

33

quot sunt mo-  
 di & qui?

verò quantitas qualitas per aliquam vocalem significetur? notura est ex versiculis supra adductis num. 146. Disp. 2.

Asserit A, negat E, verùm generaliter ambæ.

Asserit I, negat O, sed particulariter ambæ.

34.

Quot modi  
primæ figuræ  
sive directi, si-  
ve indirecti?

Quot & qui  
modi secundæ  
figuræ?

Quot & qui  
modi 3tiæ fi-  
guræ?

Ex Dictionibus diversos modos Syllogismorum exprimen-  
tibus, primæ novem dictiones exprimunt totidem modos  
primæ figuræ. Ex quibus ipsis primæ quatuor, nimirum: bAr-  
bArA cElArEnt dArII fErlo, respondent quatuor modis  
directis. Ulteriores quinque bArAllpton cElAntEs dAbItIs  
fApEsmO frIsEsmOrum, respondent quinque modis indirectis  
primæ figuræ. Ex his, quæ deinde sequuntur quatuor di-  
ctiones, nimirum: cEsArE cAmEstrEs fEstInO bArOcO, respon-  
dent quatuor modis figuræ 2dæ. Postremæ 6. dictiones,  
dArAprI fElAprOn dIsAmIs dArIsI bOcArDO fErIsOn, re-  
spondent sex modis figuræ 3tiæ: idque respondent modis di-  
rectis figurarum 2dæ & 3tiæ, decem postremæ dictiones.  
Modorum enim indirectorum utriusque huius figuræ nulla sit  
mentio ab Authoribus, qui tunc essent, dum extremum in  
Majori positum poneretur pro subjecto Conclusionis. Extremum  
verò in Minore positum, poneretur pro predicato Conclusio-  
nis. Interim dici potest iisdem dictionibus significari tam mo-  
dos directos, quàm modos indirectos figurarum 2dæ & 3tiæ,  
ubi tales modi haberi poterunt.

Quot Modos una quæque figura? & quot Modos om-  
nes in universum tres figuræ contineant? exprimitur duobus  
versiculis sequentibus.

Prima Modos continet tertres, quatuor secunda.

Tertia sex. Summa est, si ter sex junxeris unum.

Nota. Modos 4. directos primæ figuræ dici modos perfe-

ctos. Ex eo, quòd in illis clarè pateat bonitas consequentiæ.

Reliqui omnes modi quindecim dicuntur modi imperfecti.

Unde non solum modi indirecti primæ figuræ, sed etiam modi 2dæ  
& 3tiæ figuræ, sunt Modi imperfecti; in his enim omnibus  
non patet clarè consequentiæ bonitas.

Ex



Ex dictis hactenus patet facillè, quatuorplex sint syllogismi ratione formæ. Tot nimirum sunt species Syllogismi formæ differentes, quot sunt modi in omnibus tribus figuris. Modi 19 communiter numerantur, ut dictum est numero precedente; si tamen ad hos modos addantur 4. Modi figuræ Galenicæ, & qui esse possunt modi indirecti figurarum, 2dæ & 3tiæ: excrescet modorum numerus ad plures modos. Quare tot species Syllogismi ratione formæ diversæ numerari poterunt.

Explicata divisione Syllogismi ratione formæ, duo adhuc in præsentî præstanda sunt. 1um. Dandæ sunt Regule pro faciendis Syllogismis, ratione formæ rectè concludentibus, illorumque constructio est demonstranda. 2dum. Determinandum est, quinam Syllogismi ex diversis ratione Materie speciebus, talibus legibus regulari, ac dirigi possint.

### Quantum ad 1um.

Totum artificium Syllogismi ratione formæ rectè concludentis, in hoc consistit: ut si in 1ma figura Aristotelica modi directi construere volueris Syllogismum, ad hoc primò adverteas, qualis sit propositio, quam in Syllogismo à te construendo pro conclusione inferre debes; an sit affirmativa? an negativa? an universalis? an particularis? Ex hujus enim cognita quantitate & qualitate, facta modica reflexione supra ipsosmet quatuor modos directos 1mæ figuræ, facile intelliges cujusnam Modi Syllogismus à te constitui possit & debeat; nimirum: si Conclusio inferenda fuerit universalis affirmativa, scies Syllogismum construendum esse in modo directo dicto *Barbara*, qui talem conclusionem habere debet. Si conclusio, quam inferre intendis fuerit universalis negativa, Syllogismus formandus erit in *Celarent*; hic enim nominis modus directus 1mæ figuræ talem conclusionem infert. Si conclusio inferenda fuerit particularis affirmativa? facies syllogismum in *Darii*. Tandem si conclusio, quæ inferri debet, fuerit particularis negativa? construes syllogismum in *Ferio*, qui

36.   
 quomodo syllogismus constitui debeat?

In modo aliquo directo 1mæ Figuræ

talem infert conclusionem. 2do. Quærendus & invenien-  
 dus est aptus medius terminus, cum quo extrema Conclu-  
 sionis sint idem, si conclusio est futura affirmativa, vel cum  
 quo unum extremum sit idem, alterum non sit idem, dum  
 conclusio futura est negativa. 3tio. Inventus hujusmodi me-  
 dius terminus ponatur pro subjecto in Majore, & pro prædi-  
 cato in Minore. 4to. Extrema conclusionis in præmissis

ita dispone, ut extremum Majus, hoc est: prædicatum con-  
 clusionis sit etiam prædicatum Majoris. Extremum verò mi-  
 nus seu subjectum Conclusionis, sit subjectum Minoris. 5to.

Propositiones ejus quantitatis & qualitatis fac, & eo ordi-  
 ne dispone, quò ordine dispositus, & cujus quantitatis & qua-  
 litatis exigit Modus ille directus, in quo construis Syllogismum.

37.  
 In Modo item  
 indirecto

Constructio syllogismi in Modo aliquo indirecto imæ  
 figuræ, per hoc differt à Constructione syllogismi in modis  
 directis ejusdem figuræ; imò. Quòd per Modos indirectos li-  
 cèt possit inferri Conclusio universalis negativa, particularis  
 item tam affirmativa, quam negativa; non possit tamen in-  
 ferri universalis affirmativa, adeoque quòd ad illas propositio-  
 nes inferendas non ad hanc, possint construi syllogismi in  
 modo indirecto imæ figuræ. 2do. Quòd in dictis syllogismis  
 subjectum conclusionis inferendæ debeat poni pro prædicato  
 Majoris. Iam verò prædicatum ejusdem conclusionis debet  
 poni pro subjecto minoris. In aliis præter hæc, par ratio est  
 construendi Syllogismi in modo indirecto imæ figuræ, ac e-  
 tiam construendi Syllogismi in aliquo modo directo.

38.  
 In Figura Ga-  
 lenica.

In Figura Galenica, ut construatur Syllogismus, fiat prius  
 Syllogismus in prima figura Aristotelica, in aliquo ex quatuor  
 Modis directis, tum deinde præmissæ constructi Syllogismi  
 transponantur, ut Major ponatur pro Minore, & Minor assu-  
 matur pro Majore; facta tali transpositione præmissarum, Syl-  
 logismus in figura Galeni habebitur. Simili transpositio-  
 ne præmissarum Syllogismus in figura Galeni constructus  
 reducetur ad aliquè Modum directū imæ figuræ Aristotelicæ.

2da Figuræ Syllogismi non possunt construi, nisi ad pro- In Modo si-  
 bandas & inferendas conclusiones negativas, siue univer- guræ 2da.  
 les, siue particulares. Constructio talium Syllogismorum in  
 hoc differt à constructione Syllogismorum 1mæ figuræ, quòd  
 medius terminus in utraque præmissa, hoc est: tam in Majo-  
 ri, quàm in Minori debeat poni pro prædicato. Extrema ve-  
 rò Conclusionis debeant poni pro subjecto. Idque si est il-  
 latio directa. Extremum majus seu prædicatum conclusionis  
 debet poni pro subjecto Majoris. Extremum minus seu subjectum  
 Conclusionis debet poni pro subjecto Minoris.

3tia Figuræ Syllogismi adhiberi nonnisi possunt ad in- 40.  
 ferendas conclusiones particulares, tam affirmativas quàm ne- In Modo figu-  
 gativas. Hujus Syllogismi constructio, hoc habet diversum ræ 3tia.  
 ab aliis Syllogismis, quòd in syllogismis figuræ tertie, medius  
 terminus debeat poni pro subjecto in utraque præmissa; ex-  
 trema verò conclusionis debeant poni pro prædicatis præmis-  
 farum, hoc est: prædicatum conclusionis debet poni pro præ-  
 dicato Majoris, subjectum conclusionis debet poni pro prædicato  
 Minoris, ut sit illatio directa, seu modi directi.

Addunt alii pro Syllogismis singularum figurarum quas- 41.  
 dam regulas, versiculis (ur faciliùs memoriâ teneri possint) Regulæ ali-  
 expressas. quæ pro 1ma  
 figura.

Pro prima Figuræ Aristotelica, hæc datur regula:

Sit Minor affirmans; nec Major sit specialis.

Hæc tamen regula non est universalis pro omnibus  
 modis 1mæ Figuræ tam directis, quàm indirectis. Syllogis-  
 mus enim primæ Figuræ in modo indirecto *Frisismo*, Mino-  
 rem habet negativam, & Majorem specialem seu particu-  
 larem. Similiter syllogismus in *Fapesmo*, Minorem habet ne-  
 gativam.

Pro 2da Figuræ, hæc statuitur regula:

Una negans præeat, nec Major sit specialis.

Pro Figuræ 2da

Pro 3tia figuræ, statuitur sequens.

Pro figuræ 3tia

Sit Minor affirmans, conclusio particularis.

Hæc tota doctrina circa constructionem Syllogismorum, ut melius in exemplis pateat, singularum figurarum, & Modorum Syllogismi exempla appono.

Exempla Syllogismorum 1<sup>mæ</sup> figuræ

| Modi directi. |                                        | Modi indirecti. |                                        |
|---------------|----------------------------------------|-----------------|----------------------------------------|
| Bar           | Omne bonum est amabile.                | Ba              | Omne bonum est amabile.                |
| ba            | Sed omnis virtus est bona.             | ra              | Sed omnis virtus est bona.             |
| ra            | Ergo omnis virtus est amabilis.        | li              | Ergo aliquod amabile est virtus.       |
| Ce            | Nullum malum est amandum.              | Ce              | Nullum malum est amandum.              |
| la            | Omne peccatum est malum.               | lan             | Omne peccatum est malum.               |
| rent          | Ergo nullum peccatum est amandū.       | tes             | ergo nullum amandū est peccatū         |
| Da            | Omne bonum est amandum.                | Da              | Omne bonum est amabile.                |
| ri            | Aliqua virtus est bona.                | bi              | Aliqua virtus est bona.                |
| i             | Ergo aliqua virtus est amanda.         | tis             | Ergo aliquod amabile est virtus.       |
| Fe            | Nullum malum est amandum.              | ra              | Omne bonum est amabile.                |
| ri            | Aliquod peccatum est malum.            | pe              | Nullum peccatum est bonum.             |
| o             | Ergo aliquod peccatum non est amandum. | sno             | Ergo aliquod amabile non est peccatum. |
|               |                                        | Fri             | Aliquod bonum est amabile.             |
|               |                                        | se              | Nullum peccatum est bonum.             |
|               |                                        | sno             | Ergo aliquod amabile non est peccatum. |

Exemplum Syllogismorum 2<sup>dæ</sup> figuræ.

|       |                                  |     |                                     |
|-------|----------------------------------|-----|-------------------------------------|
| Ce    | Nullum peccatum est bonum.       | Fe  | Nullum peccatum est bonum.          |
| fa    | Omnis virtus est bona.           | sti | Aliqua virtus est bona.             |
| re    | Ergo nulla virtus est peccatum.  | no  | Ergo aliqua virtus non est peccatū  |
| Ca    | Omnis virtus est bona.           | Ba  | Omnis virtus est bona.              |
| me    | Nullum peccatum est bonum.       | ro  | Aliquod peccatum non est bonum.     |
| ftres | Ergo nullum peccatum est virtus. | co  | ergo aliquod peccatū non est virtus |

Exempla Syllogismorum 3<sup>tiæ</sup> figuræ.

|      |                                          |     |                                          |
|------|------------------------------------------|-----|------------------------------------------|
| Da   | Omnis virtus est bona.                   | Da  | Omnis virtus est bona.                   |
| ra   | Omnis virtus est amabilis.               | ti  | Aliqua virtus est amabilis.              |
| pti  | Ergo aliquod amabile est bonum.          | si  | Ergo aliquod amabile est bonum.          |
| Fe   | Nulla virtus est inhonesta.              | Bo  | Aliqua virtus non est inhonesta.         |
| lap  | Omnis virtus est amabilis.               | car | Omnis virtus est amabilis.               |
| ton  | ergo aliquod amabile non est inhonestum. | do  | Ergo aliquod amabile non est inhonestum. |
| Di   | Aliqua virtus est laudanda.              | Fe  | Nulla virtus est inhonesta (honestū)     |
| fa   | Omnis virtus est amabilis.               | ri  | Aliqua virtus est amabilis. (nestū)      |
| mis. | ergo aliquod amabile est laudandum.      | son | Ergo aliquod amabile non est inhonestum. |

Artificium hoc Syllogismi ex duplici principio deduci, & demonstrari solet.

1<sup>mo</sup>. Ex illo, dici de omni, dici de nullo: cujus principii sensus supra completus & expositus est. Estque talis: Quid quid verè affirmatur de omni, hoc est: de termino communi distributivè sumpto, idem verè affirmatur de aliquo contento sub omni, hoc est: de quovis illorum, ex quibus coalescit totum objectum termini communis distributivè sumpti. Et quidquid verè negatur de omni, hoc est: de termino communi distributivè sumpto, idem verè negatur de aliquo contento sub omni, seu de quovis ex his, quæ significantur termino communi. Hoc principium sic etiam breviter compleri solet: *Dici de omni, est dici de aliquo. Dici de nullo, est dici de aliquo non.*

42.  
artificium syllogismi innititur illi principio: *Dici de omni &c.*

2<sup>do</sup>. Artificium Syllogismi deduci solet ex illo altero principio: *Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.* Cujus principii hic sensus est: si aliqua extrema (intelligè objectivè sumpta) identificentur uni tertio, hoc est: medio termino ( itidem objectivè sumpto) illa extrema identificantur secum, estque vera affirmatio tam extremorum de medio, quam extremorum de se invicem. Atque hæc bene infertur ex illa. Hoc tamen Principium taliter intellectum & propositum, valet solum ad demonstrandam vim formæ syllogisticæ in Syllogismis affirmativis, non in aliis. Pro Syllogismis negativis Principium: *Quæ sunt eadem uni tertio, compleri per hoc solet, quæ repugnant uni tertio, illa repugnant inter se.* Melius tamen sic complebitur: si ex duobus extremis unum sit idem cum aliquo tertio, alterum non sit idem, illa extrema non sunt eadem inter se.

43.  
Item illi: *Quæ sunt eadem uni tertio &c.*

Ex priore Principio: *Dici de omni &c.* sic deduces bonitatem formæ Syllogisticæ. Ille Syllogismus est bonus & rectè concludit, in quo ex veritate præmissarum rectè sequitur, & infertur veritas Consequentis. Atqui omnes Syllogismi omnium figurarum & modorum tales sunt, ut ex veritate

44.  
Deducitur ex principio, *Dici de omni &c.*

ritate præmissarum rectè in illis sequatur, & inferatur veritas Consequentis. Ergo. Major patet. Bonitas enim syllogismi, penes hoc unice spectatur, ut ex præmissis bene inferatur consequentia, ejusque veritas: & ut necesse sit sequi aliud quiddam à præmissis: eo, quòd hæc veræ sint, vel ut veræ admittantur. Minor probatur. Quidquid verè dicitur de omni, id ipsum verè dicitur de aliquo contento sub omni. Et quidquid verè negatur de omni, idem verè negatur de aliquo contento sub omni, juxta illud Principium: *Dici de omni &c. Dici de nullo &c.* Ergo quod in præmissis verè negatum est de omni, id in Consequenti verè negatur de aliquo contento sub eodem omni. Item, quod in præmissis verè affirmatur de omni, idem in consequenti verè affirmatur & inferitur de aliquo contento sub omni. Sed hoc fit per omnes syllogismos, tam affirmativos, quàm negativos cujuscunque figuræ, & Modi; ut Inductione facile ostendi potest. Imprimis enim in hoc syllogismo facto in *Barbara*: *Omne bonum est amabile. Omnis virtus est bona. Ergo omnis virtus est amabilis.* Id in consequenti affirmatur de *virtute*, quod in Majore affirmatur de *bono*, sub quo tanquam sub prædicato universaliori continetur *virtus*, & contineri affirmatur per Minorem. In hoc verò Syllogismo negativo imæ figuræ facto in *Celarent*: *Nullum malum est amandum. Omne peccatum est malum. Ergo nullum peccatum est amandum.* Id in consequenti negatur de *peccato*, quod per Majorem negatum est de *malo*, sub quo tanquam sub omni, hoc est: tanquam sub prædicato universaliori continetur *peccatum*, & contineri affirmatur per Minorem, dum per illam de *peccato* affirmatur *Malum*. Hoc ipsum simili ratione ostendi potest in modis *Darii*, & *Ferio* imæ figuræ. Sed & in aliis syllogismis cujuscunque Figuræ & modi, hæc ipsa ratio locum habet, & bonitas consequentiæ, quam inferunt, deduci potest ex allato principio. Quòd si in modis imperfectis non ita clarè patet bonitas consequentiæ, & illationis Syllogisticæ, nec ita clarè ex adducto principio deducitur

deducitur, patebit hæc clariùs ex reductione eorundem modorum, & figurarum ad modos perfectos, hoc est: ad modos directos una figuræ, quos sic reduci posse docebitur, & demonstrabitur inferiùs.

Ex altero Principio, nimirum ex illo: *Quæ sunt eadem uni tertio* &c. Vis formæ syllogisticæ & bonitas, sic deducitur. In omni Syllogismo propriè dicto cujuscunque figuræ & modi, per conclusionem vel ideo extrema ejusdem conclusionis affirmantur esse eadem inter se, quia in præmissis affirmabantur esse eadem cum uno tertio, hoc est: cum mediò terminò, ut fit in Syllogismis affirmativis; vel certè ut contingit in syllogismis negativis. Ideo per conclusionem extrema ejusdem conclusionis de se negantur, quia in præmissis unum illorum negabatur esse idem cum uno tertio. Ergo cum necessariò verum sit aliqua, quæ sunt eadem uni tertio, esse eadem inter se: & illa, quorum unum non est idem cum uno tertio, cum quo est idem alterum, non esse eadem inter se. Necessarium quoque est, veras esse consequentias per quas extrema affirmantur esse eadem inter se, quæ per præmissas affirmantur esse eadem cum uno tertio, hoc est: cum mediò termino. Necessarium item est, veras esse consequentias per quas extrema aliqua negantur esse eadem inter se, quorum unum per aliquam præmissam negatum est esse idem cum uno tertio seu mediò, cum quo esse idem aliud affirmatur per aliam præmissam.

Dices: Si dictis Principiis inniteretur vis syllogistica, sequeretur, quòd hic Syllogismus: *DEITAS est Pater. Filius est DEITAS. Ergo Filius est Pater*, rectè concluderet. Hic enim Syllogismus videtur inniti utrique dicto Principio. Innititur primo, nam in consequenti id dicitur de *Filio*, quod in Majore verè dicebatur de *DEitate*, quæ *DEITAS* est quid unum cum *Filio*: & per Minorem verè affirmatur de *Filio*. Innititur etiam idem Syllogismus & alteri adducto Principio: intantum enim in consequenti affirmantur *Pater & Filius* esse idè

Ec

inter

45.

Ex illo rursus:  
*Quæ sunt eadè uni 3tio &c*

46.

inter se, in quantum in præmissis *Pater* & *Filius* affirmabantur esse idem cum uno tertio, scilicet cum *DEitate*. Atqui Syllogismus adductus non rectè concludit, licet enim præmissæ illius sint veræ, consequens tamen, cum repugnet Fidei, repugnat esse verum.

47.  
Putant aliqui hæc principia & formam Syllogisticam locum non habere in materia Trinitatis.

Alii volunt ea limitari. prima limitatio principiorum.

Respondent ad hanc objectionem aliqui Theologi. Principia illa duo, quibus innititur vis syllogistica, locum non habere in materia Mysteriorum Sanctissimæ Trinitatis. Hoc enim Mysteriorum propter suam incomprehensibilitatem, & supereminentiam supra lumen rationis, est supra illa duo Principia; proindeque negandam esse simpliciter Consequentiam illi Syllogismo: *DEitas est Pater. Filius est DEitas, Ergo Filius est Pater.*

Ab aliis respondetur imò. Syllogismos, qui formantur de Mystero Trinitatis, infundari dictis Principiis, sed acceptis cum aliqua limitatione. Primum scilicet sic limitandum censent plures Theologi. Quidquid dicitur de uno ex identificatis tam realiter, quam virtualiter, id ipsum dici debet & de altero ex identificatis modò præfatò. Secundum Principium similiter etiam limitari volunt. Quæ sunt eadem tam realiter, quam virtualiter cum uno tertio, illa sunt eadem inter se. Cum ergo in hoc Syllogismo: *DEitas est Pater. Filius est DEitas. Ergo Filius est Pater.* Non sint identificata tam realiter, quam virtualiter *DEitas* & *Filius*; licet enim hæc identificentur secum realiter, non identificantur tamen virtualiter, sed potius sunt distincta virtualiter, ut fidei Theologi docent. Ideo non sequitur dici debere de *Filio*, quidquid dicitur de *DEitate*: adeoque non sequitur, quòd *Filius sit Pater.*

2da limitatio dictorum principiorum.

Præterea cum *Pater* & *Filius*, quæ de se affirmantur in consequenti, non sint eadem tam realiter, quam virtualiter cum *DEitate*, non erunt proinde eadem inter se, adeoque non poterunt de se affirmari verè, *Pater* & *Filius*. Vel certè hæc principia accipienda sunt cum ea limitatione, qua utuntur alii Theologi. Est verò hæc. Quidquid dicitur de uno ex identificatis realiter adæquatè tam intensivè, quam extensivè idem



idem dici debet & de altero ex taliter identificatis. Et quæ sunt eadem realiter adæquatè non solum intensivè, sed etiam extensivè cum uno tertio, illa suât eadem inter se. Porro *DEItas* & *Pater*, licet sint eadem realiter adæquatè intensivè, non sunt tamen eadem secum adæquatè extensivè. *DEItas* enim per realem identitatem extenditur & ad *Patrem*, & ad *Filium* & ad *Spiritum Sanctum*. Cum tamen *Pater* per reale identitatem non extendatur ad *Filiû* & *Spiritum S.* Quare licet *Pater* verè affirmetur & dicatur de *DEItate*, tamen *Filius*, qui pariter verè affirmatur de *DEItate*, non potest verè dici, & affirmari de *Patre*. Talis limitationis dictorum Principiorum per respectum ad Divina, fundamentum est incomprehensibile, captumque intellectûs creati excedens *Mysterium Sanctissimæ Trinitatis*. Cui, cum nihil simile reperitur in creatis, syllogismi circa objecta creata ac etiã Divina non involventia dictum *Mysteriû*, infundantur duobus illis principiis sine limitatione allata acceptis.

2dò. Respondeo hunc Syllogismum: *DEItas est Pater &c.*

ex eo non rectè concludere, quia hic Syllogismus non est de medio ita singulari, ut excludat omnem communiter, seu communicationem pluribus. Terminus enim *DEItas* licet habeat singularitatem oppositam Universalitati & Multiplicitati, ex vi cujus ipsa *DEItas* secundum se multiplicetur; tamen non habet singularitatem exclusivam communicabilitatis, & communicationis pluribus Personis, seu identitatis realis cum tribus distinctis Personis. Hinc autem sequitur ulteriùs, quod terminus *DEItas*, licet sit incapax perfectæ distributionis, quæ supponat Universalitatem, & Multiplicitatem rei per eundem terminum significatæ, est tamen capax alicujus alterius distributionis (mediata hæc dici potest) ex vi cujus per hunc terminum *DEItas* intelligantur omnia illa distributivè, cum quibus habet identitatem & communicationem identitatis eadem *DEItas*. Quò positò, ut dictus Syllogismus rectè concludat, Medius Terminus *DEItas* debet sumi quasi distributivè, distributione, quæ illi non repugnat; debet inquam sumi juxta

48

Ratio specialis redditur cur Syllogismi aliqui circa *Mysterium Sanctissimæ Trinitatis* non concludant.

Termino *Deitas* aliqua distributio non repugnat & quæ?

Hac distribu-  
tione debet di-  
stribui termi-  
nus DEITAS pro  
medio termi-  
no assumptus

Alius syllogi-  
smus in exem-  
plum adduci-  
tur.

49.

Urgetur obje-  
ctio.

& solvitur.

Regulam dialecticam infundatam illi Principio: *Dici de omni.* Quomodo cum medius terminus DEITAS non sumatur in ulla præmissa Syllogismi in objectione positi, ideo dictus Syllogismus de tali medio non concludit. Ut concludat debet sic corrigi, & formari: *Omne quod est DEITAS, est Pater. Sed Filius est DEITAS. Ergo Filius est Pater.* In quo tamen syllogismo falsa est Major; quare negandum est, quod syllogismus in objectione positus imitatur Principio illi: *Dici de omni* &c. sic intellecto prout intelligi debet. In consequenti enim affirmatur *Pater* de *Filio*, qui *Pater* non affirmabatur in præmissis de omni quod est *DEITAS*, Aliter sentiendum est de illo Syllogismo: *DEITAS est omnipotens. Pater est DEITAS. Ergo Pater est omnipotens.* Hic enim Syllogismus rectè concludit, quia in Majore, tacite distribuitur Terminus *DEITAS* ea distributione, quâ distribui potest, Major enim facit hunc sensum: *Omne quod est DEITAS, est Omnipotens;* & in hoc sensu est vera. Prædicata enim DEI absoluta, quale prædicatæ est *ly Omnipotens*, sunt cõmunia toti Trinitati, adeoq; verè affirmantur de omnibus Personis Divinis, hoc est: de omni eo quod est *DEITAS*,

Urgebis contra Responsonem immediatam. Saltem, si ubique medio termino *DEITAS*, adjiciatur Pronomen demonstrativum, *hac*: sequens Syllogismus debeat rectè concludere, *Hac DEITAS est Pater. Filius est hac DEITAS. Ergo Filius est Pater.* Erit enim talis Syllogismus de medio perfectè singulari. Respondeo etiam adjecto Pronomine demonstrativo. Terminum, *hac DEITAS*, non esse ita singularem, ut excludat cõmunitatem identitatis cum pluribus Personis Divinis, licet sit perfectè singularis, prout excludit multipliciter *DEITAS* secundum se, & universalitatem hujus termini *DEITAS*. Pronomen enim *hac*, solum demonstrat singularitatem oppositam universalitati & Multiplicitati DEITAS secundum se, non verò singularitatem exclusivam communicationis & identitatis cum pluribus Personis. Quare adhuc adductus Syllogismus non rectè concludit, nisi in Majori distribuatur medius terminus ea ratione & modo, quò illum distribui non repugnat. Taliter

liter nimirum: *Omne quod est hæc DEITAS, est Pater. Sed Filius est DEITAS. Ergo Filius est Pater.* Caterum hujus Syllogismi falsa est Major.

Ex Adductis duobus Principiis, quibus innitur forma syllogistica, deducuntur aliquæ Regule Syllogismorum.

1<sup>ma</sup> Regula est. In omni syllogismo rectè concludente, tres nonnisi termini esse debent, Id enim imprimis requiritur ratione illius Principii: *Dici de omni &c. Dici de nullo &c.* ratione cujus, hæc tria requiruntur, ut Syllogismus rectè concludat. 1<sup>mo</sup>. Id quod dicitur seu affirmatur, vel negatur. 2<sup>do</sup>. *Omne aut nullum* de quo prius dicitur, hoc est affirmatur, vel negatur. 3<sup>io</sup>. Aliquid quod continetur sub omni, de quo pariter primum dici, hoc est: affirmari vel negari debet.

Deinde ratione illius etiam Principii: *Quæ sunt eadem uni* 3<sup>io</sup> &c. tres nonnisi in Syllogismo debent esse termini, nimirum: duo conclusionis extrema, quæ in consequenti affirmantur vel negantur esse eadem; & insuper tertium illud (quod à Philosophis vocatur medius terminus) de quo extrema conclusionis affirmantur in præmissis, vel unum affirmabatur, alterum negabatur.

Hæc Regula intelligenda est de tribus terminis, qui sint principales, præter quos in quibusdam Syllogismis possunt dari etiam alii termini, qui sint minüs principales. 2<sup>do</sup>. Intelligenda est dicta Regula de syllogismis propriè talibus, quales sunt illi, in quibus aliqua extrema de se affirmantur in consequenti, propter identitatem cum uno tertio affirmatam per præmissas, vel de se negantur, propter negatam identitatem unius extremi cum uno tertio, de quo affirmatur alterum. Non est autem intelligenda hæc Regula de Syllogismis, in quibus aliqua secum comparantur, & propter identitatem rationis, quod de quibusdam affirmatur, vel negatur: id ipsum affirmatur vel negatur de aliis, quæ in hanc comparisonem veniunt.

Recole dicta superiùs de syllogismo causali num. 25.

Ec3

2da

50.  
In Syllogismo  
tres nonnisi  
termini esse  
debent.

Quo sensu hæc  
Regula sit in-  
telligenda?

Et de quibus  
syllogismis pro-  
cedit?

51.  
Medius terminus non debet ingredi conclusionē.

2da Regula est. Medius terminus non debet ingredi Conclusionem. Veritas hujus regulæ manifestè patet ex adductis duobus Principiis: *Dici de omni &c.* & *Qua sunt eadem unum &c.* Juxta prius Principium medius terminus est illud *omne*, de quo affirmatur vel negatur prædicatum, quod etiam in consequenti affirmatur vel negatur de aliquo contento sub omni. Clarum autem est, hoc *omne* secundum se acceptum non posse ingredi Conclusionem, quam præcisè ingrediuntur dictum de omni, & contentum sub omni, unum tanquam subjectum, alterum tanquam prædicatum. Juxta alterum Principium, medius terminus est *unum tertium*, cum quo extrema conclusionis dicuntur esse eadem in præmissis; vel unum, per unam præmissam dicitur esse idem, alterum, per aliam præmissam negatur esse idem: clarum autem est, hoc *unum tertium* non ingredi conclusionem.

Ex tribus syllogismi terminis singuli bis repeti debent.

Hinc ulterius deducitur. Ex tribus terminis, quibus constare debet Syllogismus, unumquemque bis non nisi poni, & repeti debere in propositionibus ejusdem Syllogismi; medius terminus debet poni in utraque præmissa. Ex extremis conclusionis subjectum conclusionis debet addo poni in una præmissa, prædicatum conclusionis in altera præmissa.

52.  
Ex præmissis saltem una debet esse affirmativa.

3tia Regula est. Saltem una ex præmissis debet esse affirmativa. Ratio est, quia requiritur ut in una præmissa affirmetur unum extremum contineri sub omni, seu identificari cum medio, de quo aliud extremum affirmatur vel negatur. Idque in Syllogismis, in quibus conclusio est affirmativa, requiritur ut utraque præmissa sit affirmativa. Per unam enim illarum debet affirmari de omni, seu de uno tertio, id, quod in conclusione affirmatur de aliquo; per alteram verò præmissam, debet affirmari tale aliquid contineri sub omni, seu esse idem idem cum uno tertio. In Syllogismis verò negativè concludentibus, una præmissa debet esse affirmativa, altera negativa. Per unam enim præmissam debet negari prædicatum de omni, seu de uno tertio, quod in consequenti negatur de aliquo,

per

Per aliam verò præmissam debet affirmari illud aliquid contineri sub omni, seu esse idem cum uno tertio.

Ex hac Regula deducitur *imò* Ex utraque præmissa negativa nihil sequi vi formæ; hoc est: non posse quidquam rectè inferri. Sed.

53.

Oppones illum Syllogismum de quo habes num. 40. Disp. 1. *Quod non est lapis, non est adamas. Sed Petrus non est lapis. Ergo Petrus non est adamas.* Qui Syllogismus rectè concludit, si enim concedatur præmissæ, non est negabilis consequentia; & tamen hujus Syllogismi præmissa utraque est negativa. Responderi *imò* potest hunc Syllogismum, qui opponitur, non esse Syllogismum propriè dictum; per Syllogismum enim propriè dictum, intelligitur Syllogismus innixus duobus illis Principiis: *Dici de omni &c. & Quæ sunt eadem &c.* Et ratione talium Principiorum rectè concludens. Porro regula 3tia, & hæc, quæ ex ipsa deducuntur, procedunt de Syllogismis propriè dictis.

Ex utraq; præmissa negativa an possit rectè aliquid inferri?

Responsio aliqua.

Ille ergo Syllogismus qui opponitur, est Syllogismus impropriè dictus, innixus illi Principio: *De quo verè negatur ratio generica, de eo verè negatur ratio specifica.* Quod Principium seu veritas à Philosophis recepta insinuata est num. 108 Disp. 2. Intantumque præsens Syllogismus concludit, inquantum in Majori, hæc ipsa veritas particulari materiæ applicata ponitur: ut sit per illam Majorem: *Quod non est lapis, non est adamas.* Cui deinde Majori, Minor subsumentur, de aliquo subjecto negans rationem genericam; in consequenti enim necesse est negari de eodem subjecto rationem specificam, sub negata ratione generica contentam.

Respondeo deinde 2dò. Negando, quòd Syllogismus, qui in objectione adducitur, sit Syllogismus ex puris negativis. Dicendum enim est unam ex ejus præmissis, si proponantur ut debent, esse affirmativam, idque ex eo, quòd præcipua illius copula non habeat præfixam negationem. Talis est Minor illa: *Sed Petrus non est lapis,* hæc enim sic proponi & intelligi debet: *Sed*

Non posse inferri quidquæ ex puris negativis, defenditur.

Et objectio solvitur.

*Petrus*

*Petrus est id quod non est lapis*; In qua propositione principalis copula *ly est*, est sine negatione, & per hanc copulam de *Petro* affirmatur tanquam prædicatum *ly id quod*. Quia etiam in Majori subjectum principale fuit *ly id quod*, ut sensus syllogismi sit: *Omne id quod non est lapis, non est adamus. Sed Petrus est id quod non est lapis. Ergo Petrus non est adamus.* Cujus ipsius ratio ulterior est, quia ut *Petrus* negetur in consequenti esse *adamus*. Minor debet affirmare *Petrum* contineri sub eo, de quo in *Minori* negatur *adamus*, sed minor hoc non affirmat, nisi intelligatur & ipsa & totus Syllogismus, ut explicatum est. Ergo sic intelligi debet. Conformi-

Syllogismus ex utroque majoris termino infinitante, non est ex præmissis negativis.

ter ad hanc responsionem, dico illum Syllogismum ex terminis infinitantibus propositum num. 40. Disp. I. *Omne quod est non lapis, est non adamus. sed Petrus est non lapis. Ergo Petrus est non adamus.* In quo, unaquæque propositio de termino infinitante includit propositionem negativam. Hunc inquam Syllogismum non habere utramque præmissam negativam, quia iterum in hoc Syllogismo præcipuum minoris copulam non afficit negatio, nec præcipuum prædicatum ejusdem, est terminus infinitans; sic enim dictus Syllogismus debet intelligi: *Omne id quod est non lapis, est non adamus. Sed Petrus est id quod non est lapis. Ergo Petrus est non adamus.*

54. Ex utraque præmissa affirmativa, conclusio debet inferri affirmativa.

Deducitur 2dò. Ex utraque præmissa affirmativa conclusionem sequi non nisi affirmativam. Prædicatum enim, quod in Majori affirmatur de omni, sub quo omni per Minorem affirmatur contineri aliquid, hoc inquam prædicatum debet affirmari de illo ipso, quod est, & dicitur aliquid. Quæ etiam in præmissis affirmantur esse eadem uni tertio, debent in consequenti affirmari esse eadem inter se: adeoque dum præmissæ sunt affirmativæ, etiam conclusio debet esse affirmativa.

55. Ex una negativa altera affirmativa conclusio inferitur negativa.

Deducitur 3tò. Ex præmissis una affirmativa altera negativa, conclusio non potest sequi, nisi negativa. Eo enim ipso, quòd aliquid prædicatum in una præmissa negatur de omni, fieri non potest, ut idem prædicatum in consequenti non

non negetur de aliquo contento sub omni, & quod per alteram præmissam affirmabatur contineri sub eodem omni.

Fieri etiam non potest, ut aliqua extrema non negentur esse eadem inter se, ex quibus unum est idem cum uno tertio, & esse idem affirmatur per unam præmissam; alterum non est idem, & negatur esse idem per alteram præmissam.

Dices: in hoc syllogismo: *Quod non transparet est corpus opacum. Sed pyramis marmorea non transparet. Ergo pyramis marmorea est corpus opacum.* In hoc inquam syllogismo conclusio est affirmativa, quæ tamen rectè inferitur ex una præmissa, nimirum ex Minore negativa.

Respondeo, in hoc Syllogismo conclusionem affirmativam inferri ex utraque præmissa affirmativa: licet enim Minor videtur esse negativa, est tamen in re affirmativa: subicitur enim in illa copula principalis affirmativa, & prædicatum quod per talem copulam affirmatur. Debetque adductus Syllogismus sic intelligi: *Corpus quod non transparet est corpus opacum. Sed pyramis est corpus quod non transparet. Ergo pyramis est corpus opacum.*

4ta Regula est. Medius terminus si est communis, debet in alterutra præmissa distribui, hoc est: distributivè sumi. Ratio est ex illo principio, *Dici de omni &c.* Secundum quod principium intantum Syllogismus rectè concludit, in quantum prædicatum quod in una præmissa affirmabatur vel negabatur de omni, adeoque de medio communi distributivè sumpto, in consequenti affirmatur vel negatur de aliquo contento sub omni, hoc est: sub medio termino communi.

Adverto, licet necessariū sit, ut medius terminus communis distribuatur in una præmissa; non est tamen necessarium, ut distribuatur in utraque: quamvis possit fieri, ut distribuatur in utraque; ut fit in syllogismo in *Fapesmo* hoc v.g: *Omne bonum est amabile. Nullum peccatum est bonum. Ergo aliquod amabile non est peccatum.* In quo Medius terminus communis *bonum*, distribuitur & in Majori & in Minori.

Solvitur objectio.

56. Medius terminus communis debet distribui in una saltem præmissa.

Potest distribui in utraque.

57. In modis directis imæ figuræ quare major debeat esse universalis?
- Ex hac Regula deducitur imò. Quare in Modis præcipuè directis imæ Figuræ Major non debeat esse particularis juxta illum versiculum: *Sit Minor affirmans nec Major sit specialis*. Si enim in his modis Major esset particularis, nullibi Medius terminus distribueretur; non distribueretur in Majori, in qua debet poni pro subjecto juxta illud: *Prima prius subjicit medium*. Hæc enim siquidem esset particularis, haberet subjectum particulare, adeoque haberet medium terminum non distributum. Non distribueretur etiam medius terminus in Minori. In hac enim medius terminus in prima figura debet poni pro prædicato, prædicatum autem non distribuitur in propositionibus affirmativis, qualis debet esse Minor Syllogismi directi imæ figuræ, juxta illud: *Sit Minor affirmans*.
- In modo *Frisefmo* quare Major particularis?
- In modo indirecto *Frisefmo* figuræ imæ potest esse Major particularis, in hoc enim modo cum minor sit negativa, medius terminus pro prædicato in minore positus distribuitur, juxta dicta num. 82. Disp. 1.
58. In figura 2da quare una præmissa debet esse negativa?
- Deducitur 2dò. Quarenam in figura 2da, una præmissa debeat esse negativa, juxta illud: *Una negans præcat*. Scilicet id ex eo est, quia si una præmissa non esset negativa, Medius terminus communis in nulla præmissa distribueretur; Prædicatum enim commune non distribuitur in propositionibus affirmativis, ut dictum est num. 83. Disp. 1. Iam autem in utraque præmissa Syllogismi figuræ 2dæ, Medius terminus debet poni pro prædicato juxta illud: *Prædicat altera bis*. E contra in propositione negativa prædicatum commune distribuitur, ut constare potest ex num. 92. Disp. 1.
59. Nullus terminus debet distribui in consequenti, qui non est distributus in præmissis.
- ista Regula est. Nullus terminus debet distribui in consequente, qui non est distributus in præmissis. Universaliter enim à termino non distributo non valet consequentia ad terminum distributum. Certe si terminus, qui non est distributus in præmissis, posset distribui in Consequente, eo ipso posset prædicatum in consequente affirmari de eo, quod non esset idem cum medio termino, nec per præmissas affirmaretur.



retur esse idem, nimirum: de subiecto distributive sumpto affirmaretur in consequente aliquod prædicatum, qualiter tamen sumptum subiectum non esset idem cum medio, nec taliter sumptum in ulla præmissa affirmaretur esse idem. Vel posset prædicatum negari in consequente de subiecto, quod subiectum non continebatur sub omni, seu non identificabatur medio termino, nec affirmabatur identificari eidem, nimirum: posset prædicatum negari de subiecto distributo, quale subiectum non fuit identificatum cum Medio, de quo idem prædicatum est negatum in una præmissa.

Ex hac Regula deducitur imò. Quare modorum directorum 1mæ Figuræ minor debeat esse affirmativa, juxta illud: *Sit Minor affirmans*; si enim non esset affirmans, extremum aliquod distribueretur in consequenti, quod non esset distributum in præmissis, quod ipsum sic ulterius ostendo. Si minor esset negativa, etiam consequentia deberet esse negativa per num. 55. Major verò deberet esse affirmativa per numerum 52. Hoc autem posito, cum in modis directis 1mæ figuræ Aristotelicæ idem sit prædicatum consequentis, quod fuit prædicatum Majoris, in consequente negativo distribuere- tur prædicatum; negativa enim propositio distribuit prædicatum commune, quod prædicatum non fuit distributum in majore affirmativa. Affirmativa enim propositio non distribuit prædicatum commune, quia hoc in tali propositione debet habere suppositionem disjunctivam. Hinc autem ulterius patet, quare in modis indirectis 1mæ figuræ, *Fapesmo* & *Frisesmo*, Minor sit universalis negativa. Per talem enim Minorem efficitur ut prædicatum, quod distribuitur in consequenti negativo, fuerit prius distributum in Minori universali negativa.

Deducitur 2dò. Quòd in 2da figura major debeat esse universalis, juxta illud: *Nec major sit specialis*. Si enim non esset universalis, subiectum majoris particularis non distribueretur in majore, quod tamen distribueretur in consequente. Consequens enī syllogismi figuræ 2dæ debet esse negativū, cū ex præmissa una negativa debeat

Ffz

inferri

negationem al  
suppositam ut  
sub rationem et  
est illud mod  
60. Item

In modis di-  
rectis 1mæ fi-  
guræ quare mi-  
nor debet esse  
affirmativa?

est  
est illud mod  
est illud mod  
est illud mod

61.

In modis fi-  
guræ 2dæ qua-  
re major de-  
bet esse univer-  
salis?

inferri juxta illud: *Una negans præeat*, adeoque in hoc consequenti negativo prædicatum distribuitur, ut aliàs sæpiùs dictum est. Hoc verò consequentis prædicatum, dum illatio est directa, est illud ipsum quod fuit subjectum Majoris.

62.

In modis figuræ tertiæ quare minor debeat esse affirmativa?

Deducitur 3<sup>io</sup>, quòd in 3<sup>ia</sup> figura, dum illatio est directa, minor debeat esse affirmativa, juxta illud: *fit minor affirmans*. Si enim posset esse negativa, tunc Major deberet esse affirmativa. Ex talibus verò præmissis Conclusio deberet sequi negativa. Hoc autem admisso, in Conclusionem negativa distribueretur prædicatum, quòd non fuit distributum in Majori affirmativa; in hac enim figura dum directa est illatio, prædicatum majoris ponitur pro prædicato consequentis, siquidem Medius terminus est subjectum utriusq; præmissæ. Addidi, *dum directa est illatio*. Regulæ enim circa qualitatem & quantitatem Figuræ 2<sup>dæ</sup> & 3<sup>tiæ</sup>, procedunt de his figuris prout directè inferentibus, cum indirectè inferentium rarissimus aut fere nullus sit usus. Censetur autem tunc directa esse illatio, quando extremum illud ponitur pro prædicato conclusionis, quòd fuit positum in Majori: illud verò ponitur pro subjecto conclusionis, quòd fuit in Minori.

63.

Quare item conclusio debeat esse particularis?

Deducitur 4<sup>to</sup>, quòd in eadem Figura 3<sup>ia</sup>, conclusio debeat esse particularis juxta præscriptum versiculi: *Sit minor affirmans, Conclusio particularis*. Si enim conclusio esset universalis, vel esset universalis negativa, vel esset universalis affirmativa. Non potest dici imum. In conclusione enim universali negativa utrūque extremū debet esse distributum, cum tamen utrumque non potuerit esse distributum in præmissis, aliàs deberent esse ambæ negativæ. Extrema enim conclusionis figuræ tertiæ, sunt prædicata Majoris & Minoris; siquidem in hac figura medius terminus est subjectum utriusque præmissæ, prædicata verò non possunt in propositionibus distribui præterquam in negativis. Atqui repugnat utramque præmissam syllogismi esse negativam ut dictum est num. 52 & 53. Ergo. Non potest deinde dici, quòd conclusio syllogismi

logismi

logismi in figura 3tia possit esse universalis affirmativa. Talis enim conclusio haberet unum terminum distributum, scilicet subjectum: hoc enim cum in propositione universali debeat esse universale, debet hoc ipso esse distributum. Quod tamen subjectum non esset distributum in præmissis, quia præmissæ inferentes conclusionem affirmativam, debent & ipsæ esse affirmativæ, quæ non distribuunt prædicatum. Porro extrema conclusionis syllogismi figuræ 3tiæ, sunt prædicata præmissarum: cum in utraque præmissa talis syllogismi medius terminus debeat poni pro subjecto.

6ta Regula est. Ex utraque præmissa particulari aut indefinita in Materia contingente, quæ particulari æquivaleret, nihil rectè infertur. Aut enim ambæ illæ præmissæ particulares erunt affirmativæ, aut una affirmativa, altera negativa. Si ambæ erunt affirmativæ, in neutra distribuatur Medius terminus. Propositio enim particularis affirmativa nullum terminum distribuit, & tamen per regulam 4tam, ut deductum est num. 56, Medius terminus communis in una præmissarum distribui debet. Quodsi præmissæ illæ particulares fuerint una affirmativa, altera negativa; in talibus præmissis unus nonnisi terminus distribuatur, nimirum: prædicatum præmissæ particularis negativæ. Iam quæro, hic terminus in una præmissa distributus, vel est medius terminus? vel est unus ex extremis conclusionis, si dixeris, illum terminum distributum esse medium terminum, infero hinc. Ergo nullum extremum conclusionis distribuatur in præmissis, cum tamen unum illorum distribuatur in conclusione. Hæc enim per num. 55, debet esse negativa, utpote illata ex una præmissa negativa: conclusio verò negativa necessario distribuatur prædicatum commune. Quodsi dixeris, unum illum terminum distributum in præmissis fore extremum conclusionis, infero hinc. Ergo medius terminus communis in nulla præmissarum distribuatur, quòd dictis repugnat.

Ex hac Regula deducitur. Si una præmissa fuerit uni-

Ff3

versalis

64.

Ex præmissa  
utraque parti-  
culari nihil re-  
ctè infertur.

65.

Ex præmissis, altera particularis; conclusionem debere esse particularem. una universalis  
 altera particulari, conclusio  
 debet inferri particularis.

Vel enim præmissæ illæ ambæ erunt affirmativæ, vel una affirmativa, altera negativa. Demus imprimis ambas esse affirmativas. Ergo in illis unus nonnisi terminus distribuitur, scilicet: subjectum præmissæ universalis affirmativæ, qui ipse terminus erit vel medius terminus, vel extremum aliquod conclusionis. Non potest dici, quòd medius terminus maneat indistributus, id enim repugnat regulæ 4tæ: non potest etiam dici, quòd medius terminus sit distributus, nullum verò extremum distribuat; quia eo ipso nullum eorundem poterit distribui in consequenti, debet autem distribui illud, quod ponitur pro subjecto conclusionis. Siquidem hoc in conclusione, quæ asseritur futura universalis & non particularis, distribui est necesse.

Demus deinde, ex præmissis illis una universalis, altera particulari, unam futuram esse affirmativam, alteram negativam: hoc posito, sequitur duos nonnisi terminos in his præmissis distribuendos. Si enim præmissa universalis fuerit negativa, in hac distribuetur tam subjectum, quàm prædicatum; in altera verò præmissa, quæ erit particularis affirmativa, nullus terminus distribuetur. Quodsi præmissa universalis fuerit affirmativa, præmissa verò particularis fuerit negativa, in talibus præmissis pariter duo nonnisi termini distribuentur: in universalis affirmativa distribuetur subjectum, in particulari negativa distribuetur prædicatum. Ut verò conclusio sit universalis, qualis futura esse supponitur, ut item sit negativa, qualis inferri debet ex præmissa una negativa; omnes tres termini syllogismi in præmissis distribui debent. Debet imprimis distribui medius terminus per regulam 4tam, debet etiam in præmissis distribui utrumque extremum conclusionis per regulam 5tam; cum utrumque hoc extremum in conclusione universalis negativa, qualis posse inferri asseritur, distribui sit necesse.

66.

Conclusio sequitur debili-

7ma Regula est. Conclusio sequitur debiliorem partem: sensus regulæ est: si ex præmissis una fuerit universalis, altera particularis

particularis, conclusio debet esse particularis. Si ex præmissis una fuerit affirmativa, altera negativa, conclusio debet esse negativa. Si ex præmissis una fuerit particularis affirmativa, altera universalis negativa, conclusio debet sequi particularitatem unius, & qualitatem negativam alterius præmissæ, debetque esse particularis negativa. Insuper si ex præmissis una sit certa & evidens, altera obscura & probabilis: Conclusio debet esse obscura & probabilis. *1am partem sic intellectæ regulæ deductam habes numero præcedente. 2dam. num. 55. 3tia facile sequitur ex utroque hoc num. 4ta exinde probatur, quia intantum conclusioni Syllogismi fit assensus, inquantum factus est assensus utrique præmissæ; si ergo intellectus non firmiter assentitur utrique præmissæ, non poterit quoque firmiter assentiri conclusioni.*

### Quantum ad 1dum.

1dum, quod resolvendum in hoc puncto promisi, est: quinam Syllogismi ratione materiæ diversi, ac specie differentes, de quibus actum est puncto 2do Quæstionis præsentis, innitantur principiis adductis, & regulentur propositis Regulis.

Respondeo, his principiis innituntur, & diriguntur regulis Syllogismi imprimis de inesse absoluti seu categorici, qui sunt de medio communi, & extremis communibus, ut ex dictis facile intelligitur. De his enim Syllogismis omnes illæ regulæ & Principia videntur principaliter procedere. Unde etiam per exempla talium Syllogismorum declarari solent & à me declarata sunt.

2dò. Syllogismus expositivus seu de medio singulari, innititur iisdem Principiis, quibus & Syllogismus de medio communi. Illud tamen Principium: *Dici de omni* respectivè ad quosdam Syllogismos expositivos, sic intelligendum est: quid quid dicitur, hoc est: verè affirmatur vel negatur de uno ex identificatis, id ipsum verè affirmatur vel negatur de altero ex identificatis.

67.

68.

Syllogismi expositivi formam innititur Principio *Dici de omni* & c. qualiter intellecto.

Idem

Circa medi-  
um terminum  
syllogismi ex-  
positorii quæ  
sit regula?

Idem Syllogismus expositivus regulari debet regulis su-  
perius propositis, 1ma 2da 3ta & 5ta. Regula universalis 4ta  
locum non habet in Syllogismis expositivis de medio singu-  
lari, in quibus, nimirum: medius terminus est singularis. Lo-  
cò hujus Regulæ, hæc Lex ab aliquibus statui solet. Si me-  
dius terminus Syllogismi est singularis, debet esse in utraque  
præmissa singularis. Ego putarem hanc regulam esse statuen-  
dam: medius terminus non potest esse in una præmissa sin-  
gularis, in altera, communis non distributus: sed requiritur, ut  
medius aut in utraque præmissa sit singularis, aut in una qui-  
dem præmissa sit singularis, in altera verò sit communis di-  
stributus. Unde hi syllogismi: *Omnis homo est animal. Petrus  
est hic homo. Ergo Petrus est animal. Nullus homo est lapis. Pe-  
trus est hic homo. Ergo Petrus non est lapis*, rectè concludunt.  
In quibus medius terminus *homo*, in una præmissa est com-  
munis distributus, in altera, est singularis. 6ta etiam Regu-  
la locum non videtur habere in syllogismis expositivis. Hi  
enim possunt rectè concludere, licet utraque præmissa sit par-  
ticularis; ut patet in hoc Syllogismo: *Aliquis Musicus est Pe-  
trus. Aliquis Logicus est idem Petrus. Ergo aliquis Logicus est  
Musicus*: qui Syllogismus est in figura 2da. Medius enim  
terminus ponitur pro prædicato in utraque præmissa, licet alias  
leges pro hac figura non servet. Quæres: in quo sit modo  
idem Syllogismus. Respondeo. Nego suppositum haberi  
modos aliquos præscriptos pro syllogismis expositivis. Dico  
præterea adductum syllogismum non esse in ullo Modo ex  
illis 4, qui pro figura 2da statuuntur. Illi enim modi sunt  
constituti pro syllogismis de medio communi, & de extremis  
communibus. Sed habere illum modum sibi proprium, ratio-  
ne cujus constat omnibus propositionibus affirmativis particu-  
laribus. Ratio exceptionis syllogismi expositivi à commu-  
ni regula 6ta, est hæc: ut in tali syllogismo servetur dicta re-  
gula non postulat ratio, ex qua hæc superius est deducta, quia  
nec locum habet in syllogismis expositivis de medio singu-  
lari.

Ex utraque  
particulari præ-  
missa syllogi-  
smus exposito-  
rius suam in-  
fert conclusio-  
nem.

Rationalis Ex-  
ceptionis.

lari. Ex hac enim ratione regula illa est deducta. Quia si præmissæ ambæ essent particulares, tunc vel Medius terminus communis in nulla præmissa distribueretur, vel in consequenti distribueretur extremum, quod non fuit distributum in ulla præmissa; atqui hæc ratio non valet contra Syllogismum de Medio singulari, qui haberet præmissas particulares ambas: nam imprimis terminus Medius singularis utpote distributionis incapax, non debet in ulla præmissa distribui; non sequitur etiam aliquod Extremum conclusionis in hac distribuendum, quod non fuit distributum in præmissis: quia conclusio adducti Syllogismi cum sit particularis affirmativa, nullum terminum distribuit.

Occasione adducti Exempli noto 1mò. Syllogismum de Medio singulari posse fieri in 2da figura, etiam si non seruet illam legem pro syllogismis hujus figuræ latam. *Una negans præeat.* Ille enim adductus Syllogismus: *Aliquis Musicus est Petrus. Aliquis Logicus est idem Petrus. Ergo aliquis Logicus est Musicus.* Est Syllogismus in figura 2da, ut dictum est: quia in utraque præmissa Medius terminus ponitur pro prædicato, in quo tamen Syllogismo nulla præmissa est negativa. Idque ex eo: quia Lex illa de una præmissa negativa in Syllogismis figuræ 2dæ, lata est: ut Medius terminus communis in una præmissa distribui possit. Cum ergo in Syllogismo figuræ 2dæ de Medio singulari non sit necesse Medium terminum singularem distribui, quia nec est possibile: in tali Syllogismo non est necesse unam præmissam esse negativam.

Noto 2dò. Licet non omnes Syllogismi Expositorii in 2da Figura debeant habere præmissam negativam, possunt tamen habere aliqui, qui ipsi unam præmissam debent habere vel universalem, vel singularem; ut patet in sequentibus Syllogismis: *Nullus Musicus est Petrus. Aliquis Logicus est Petrus. Ergo aliquis Logicus non est Musicus. Hic homo non est Petrus. Aliquis Logicus est Petrus. Ergo aliquis Logicus non est hic homo.*

Ratio hujus ipsius est, quia in Syllogismo 2dæ figuræ

69.

In syllogismo expositorio 2dæ figuræ, potest utraq; præmissa esse affirmativa.

70.

In aliquo tali syllogismo una præmissa potest esse negativa.

de Medio singulari, si una præmissa esset negativa, & nulla illarum universalis vel singularis; tunc extrema conclusionis essent termini communes; & nullus illorum distribueretur in præmissis, quorum tamen unus deberet distribui in conclusione. Hæc enim siquidem inferretur ex præmissa una negativa, deberet esse negativa: in qua prædicatum commune necessariò distribuitur, quod tamen non est distributum in præmissis talis Syllogismi, si nulla præmissa sit universalis. Quòd si præmissa una fuerit singularis, poterit conclusio esse negativa, quæ terminum illum singularem habeat pro prædicato; & tunc non sequetur terminum distribui in consequente, qui non est distributus in præmissis, ut factum vides in adducto 2do Syllogismo.

71.  
In syllogismis  
expositoriis  
2dæ & 3tiæ fi-  
guræ major  
non debet esse  
universalis.

Noto 3tiò. Syllogismos de medio singulari in 1ma & 2da figura (possunt autem fieri tales syllogismi in omnibus tribus figuris) etiam alteram illam legem non servare; quòd major debeat esse universalis. Hanc enim posse non esse universalem patet, tum in sequentibus exemplis: *Petrus est Muscus. Aliquis Logicus est Petrus Ergo aliquis Logicus est Muscus. Item, Aliquis Muscus est Petrus. Aliquis Logicus est idem Petrus. Ergo aliquis Logicus est Muscus.* Tum etiam id habetur ex non subsistentia rationis in Syllogismis de Medio singulari, qua ratione superiùs usi sumus num. 57. & 61. in hac regula demonstranda.

72.  
Præmissa sin-  
gularis non est  
debilior, quàm  
particularis nec  
è contra.

Circa Regulam 7mam, secundùm quam conclusio debet sequi debiliorem partem, illud sciendum: quòd quanvis hæc locum habere videatur in syllogismis expositoriis, ipsam tamen ita intelligi debere, ut propositio singularis comparata ad particulare non sit debilior, nec è contra: sed potiùs ut ambæ se æqualiter habeant ad inferendam conclusionem singularem vel particularem. Unde ex præmissa una singulari, altera particulari, potest bene sequi conclusio quandoq; singularis, quandoq; particularis; imò ex utraque præmissa singulari, potest inferri conclusio particularis, ut fit in hoc syllogismo 3tiæ figuræ: *Petrus est Logicus Idem Petrus*



*Petrus est Musicus. Ergo aliquis Musicus est Logicus.*

Adverto, quominus Syllogismus expositivus rectè concludat, quominus item sit in 1<sup>ma</sup> vel 2<sup>da</sup> vel 3<sup>tia</sup> figura, hoc non officere, quòd non sit in ullo modo ex supra recensitis modis figurarum. Ad hoc enim ut rectè concludat, sufficit, quòd extrema aliqua in conclusione affirmantur esse eadem inter se, quæ per præmissas affirmabantur esse eadem cum uno tertio; vel, quòd in conclusione negentur de se extrema, quorum unum affirmabatur esse idem cum uno 3<sup>tio</sup>, alterum negabatur esse idem cum eodem 3<sup>tio</sup>, quòd fieri potest etiam si Syllogismus expositivus non sit in ullo modo ex modis illis qui præscripti sunt pro syllogismo de medio communi, & de terminis communibus.

Syllogismi Expositivi non debent esse in aliquo modo ex supra descriptis.

Ut etiam Syllogismus expositivus sit in hac vel illa Figura, ad hoc non requiritur, ut sit in hoc vel illo modo ex Modis supra descriptis & propositis. Sed quòd sit talis Syllogismus in 1<sup>ma</sup> v.g. figura, habet hoc exinde, quòd medius terminus in una præmissa ponatur pro subjecto, in altera ponatur pro prædicato. Quòd verò sit in 2<sup>da</sup> figura, habet inde, quòd medius terminus in utraque præmissa prædicetur. Quòd sit in 3<sup>tia</sup> figura, id provenit ex eo, quòd medius terminus sit subjectum utriusque præmissæ.

Unde habeant, quòd sint in hac vel illa figura?

Adverto & illud: Syllogismos expositivos propterea, quòd deficient in quibusdam regulis dictarum trium figurarum, dici posse, non esse illos rigorosè dialecticè in hac vel illa figura: esse tamen illos de lege, in prima vel 2<sup>da</sup> vel 3<sup>tia</sup> figura ex eo, quòd servant præcipuam & differentialem legem talium figurarum. Ad eum modum: sicut propositiones singulares secum in qualitate pugnantes, licet non sint rigorosè dialecticè contradictoriæ, sunt tamen, & dicuntur contradictoriæ de lege.

3<sup>io</sup>. Syllogismi obliqui seu ex obliquis, iisdem & Principiis inveniuntur, & regulis regulantur, quibus & syllogismi ex rectis, de medio, & extremis communibus. Ut verò horum

73. Syllogismi ex obliquis debent reduci ad syllogismos ex rectis.

ut constet, an rectè concludant. bonitas pateat, & innotescat, reducendi sunt casus obliqui ad rectos. Ad quam reductionem duo esse necessaria censet Caramuel. Imò, magnam phrasium copiam. 2dò, plenam & exactam grammaticæ notitiam, ne pro æquipollentibus propositionibus assumantur propositiones diversæ significationis. Hac ratione Syllogismus ille ex obliquis: *Amicorum omnia sunt communia. Petrus & Paulus sunt amici. Ergo Petri & Pauli omnia sunt communia.* Sic reducetur ad Syllogismum ex rectis: *Amici habent omnia communia. Sed Petrus & Paulus sunt amici. Ergo Petrus & Paulus habent omnia communia.*

74. Si non reducuntur aliquæ leges, pro illis proponuntur. Independentè à reductione Syllogismorum ex obliquis ad Syllogismos ex rectis, hæc speciales regulæ in talium Syllogismorum constructione observandæ assignantur. 1ma: Extremum conclusionis, quod in aliqua præmissa fuit positum in casu obliquo, etiam in conclusione debet poni in eodem casu obliquo, in hunc ex. gr. modum: *Hæc vestis est Petri. Sed hæc vestis est sericea. Ergo vestis sericea est vestis Petri.* 2da Lex est. Si Medius terminus in una præmissa ponitur in obliquo, in altera in recto, illud extremum, quod medio termino posito in casu recto conjungebatur in aliqua præmissa, in conclusione debet poni in casu obliquo ipsius medii termini; ut factum vides in hoc Syllogismo: *Amicorum omnia sunt communia. Sed Petrus & Paulus sunt amici. Ergo Petri & Pauli omnia sunt communia.* 3tia est. Si medius terminus in utraque præmissa ponitur in obliquo, extrema conclusionis tam in præmissis, quam in conclusione debent poni in recto; ut fit in hoc Syllogismo: *Omnis virtus est à DEO. Nullum peccatum est à DEO, Ergo nullum peccatum est virtus.*

75.

4to. Syllogismi modales his ipsis regulis universalibus ut plurimum regulantur, quibus & alii syllogismi. Quia tamen in Modorum mutatione sunt aliquæ difficultates; ut hæc facilius superentur, leges sequentes afferro.

Leges pro syllogismis modalibus.

1ma Lex est pro Syllogismis factis in aliquo Modo directo figuræ 1mæ Aristotelicæ. Quotiescunque talis Syllogismi

smi Major habet Modum universalem *Necesse est*, etiam si Minor fuerit de modo *Contingens est*: conclusio tamen erit de modo *Necesse est*. Et quotiescunque major fuerit de modo *Contingens est*, etiam si minor fuerit de modo *necesse est*. Conclusio tamen erit de modo *Contingens est*. Patet hæc Lex in sequentibus exemplis: *Necesse est, id quod sentit esse animal. Contingens est Petrum sentire. Ergo necesse est Petrum esse animal. Contingens est nullum hominem currere. Necesse est Petrum esse hominem. Ergo contingens est Petrum non currere.* Ratio hujus Legis est, quia eo modo prædicatum consequentis debet inesse vel non inesse suo subjecto, quo modo idem prædicatum in Majore, inest vel non inest medio termino; cum subjectum consequentis aut contineatur sub Medio tanquam inferius sub ratione superiore, aut sit idem cum eodem medio termino. Ergo si prædicatum Majoris necessariò vel contingenter convenit medio termino posito, pro subjecto ejusdem majoris, idem prædicatum necessariò vel contingenter conveniét subjecto conclusionis; adeoque eundem modum habebit conclusio, quem modum habet Major.

2da Lex est. Modales Syllogismi, in modis directis imæ figuræ Aristotelicæ, in quibus Major habet modum *Impossibile est*; debent habere conclusionem de modo itidem *Impossibile est*; etiam si minor habuerit Modum diversum, scilicet: *Necesse est, vel possibile est, vel contingens est*, ut patet in sequenti Syllogismo: *Impossibile est, quod sentit esse lapidem. Possibile est Petrum sentire. Ergo impossibile est Petrum esse lapidem.* Ratio eadem est, quæ regula superioris.

Attendendum tamen est, ne præmissæ disponantur, hoc est: ne minor ponatur pro majori, & è converso: ut fit in figura Galeni, tunc enim contrarium eveniret, nimirum: talis esset modus conclusionis, qualis esset modus Minoris.

3tia Lex est. Modales Syllogismi non concludunt quacunque demum ratione variantur modi, si ex vi formæ non concludunt Syllogismi de inesse, qui ex dictis propositionum modalium

Gg3

modalium

76. nulla

Et dicitur

77.

Ut modales rectè concludant debent rectè

concludere syllogismi de inesse in modalibus inclusi.

modalium Syllogismi modalis fierent. Et sic non concludunt ex vi formæ isti Syllogismi modales: *Necesse est omnem hominem esse animal. Impossibile est Angelum esse hominem. Ergo impossibile est Angelum esse animal.* Item, *Possibile est hominem sentire. Impossibile est Angelum esse hominem. Ergo impossibile est Angelum sentire.* Quemadmodum nec sequentes Syllogismi modales concludunt: *Necesse est omnem hominem esse animal. Impossibile est brutum esse hominem. Ergo impossibile est brutum esse animal.* Et iterum. *Possibile est hominem sentire. Impossibile est brutum esse hominem. Ergo impossibile est brutum sentire.* Hi inquam omnes Syllogismi non concludunt ex eo quia neque Syllogismi de inesse facti ex dictis eorundem Syllogismorum modalium concludunt. Tales syllogismi de inesse sunt: *Omnis homo est animal. Nullus Angelus est homo. Ergo nullus Angelus est animal.* Item, *Aliquis homo sentit. Nullus Angelus est homo. Ergo aliquis Angelus non sentit.* Similiter & hi alii duo: *Omnis homo est animal. Nullum brutum est homo. Ergo nullum brutum est animal.* Item, *Aliquis homo sentit. Nullum brutum est homo. Ergo aliquod brutum non sentit.*

aliqui syllogismi de inesse videntur recte concludere qui tamen non concludunt.

Et quare ?

Ex omnibus his Syllogismis, quod duo postremi non concludant, clarum est: siquidem consequentiæ in illis falsæ sunt, licet præmissæ ambæ sint veræ. Sed nec priores duo Syllogismi concludunt, idque propter rationis identitatem: etiamsi consequentias materialiter acceptas habeant veras. Non concludunt autem omnes hi syllogismi ex eo: tum quia, cum videantur esse in una Figura Aristotelica Modi directi, non sunt in ullo modo ex quatuor Modis directis ejusdem unæ Figuræ, in quorum tamen aliquo deberent esse, cum consent terminis communibus. Tum quia, in his syllogismis aliquod extremum distribuitur in Consequenti, nimirum: predicatum ejusdem consequentis utpote negativi, quod non est distributum in Majore affirmativa, contra quam præscribat regula 3ta, ut habetur num. 59.

Pro Syllogismis Modalibus in 2da & 3tia figura nullas leges

leges affero Neque enim Syllogismorum frequens est usus, licet verò usus esset; cum talium figurarum Syllogismi possint reduci ad Modos perfectos, ex allatis legibus pro modis directis in a figura, facile colligerur, qui Syllogismi Modales in 2da & 3tia figura facti, rectè concludant; sed vel maxime in hoc ipso cognoscendo juvare poterit doctrina immediate data.

1to. Syllogismi hypothetici excipiuntur à plerisque regulis universalibus Syllogismorum absolutorum superius allatis. 78. Syllogismi hypothetici non servant aliquas leges absolutorum.

1mò enim Syllogismi Hypothetici possunt rectè concludere, quamvis habeant quatuor terminos, ut patet in hoc Syllogismo: *Si Petrus oppugnat, Paulus respondet. Sed Petrus oppugnat. Ergo Paulus respondet.* 2do. Syllogismi hypothetici videntur rectè concludere ex puris negativis, ut fit, dum arguitur: *Si Petrus non oppugnat, Paulus non respondet. Sed Petrus non oppugnat. Ergo Paulus non respondet.* 3to. Unus idemque terminus potest pluries quàm bis poni & repeti in syllogismo Hypothetico, ut patet in sequenti Syllogismo: *Si Petrus currit, Petrus non dormit. Sed Petrus currit. Ergo Petrus non dormit.*

Principia, quibus infundantur syllogismi Hypothetici, sunt potissimum duo, Unum: quidquid sub aliqua conditione verè affirmatur vel negatur de omni, seu de uno ex identificatis, id ipsum sub eadem conditione verè affirmatur vel negatur de aliquo contento sub omni, seu de altero ex identificatis. Et hoc Principiū valet, & locum habet in illis solum Syllogismis hypothetici, qui duabus saltè propositionibus hypotheticis seu conditionalibus, nimirum majore & consequentia hypothetica constant

2dum Principium est: si datur vera connexio inter conditionatum & conditionem propositionis hypotheticae (per connexionem hanc intelligitur non solum stricta connexio, sed etiam conjunctio conditionis cum conditionato, eaque non semper existens, sed quandoque futura aut possibilis aut assumpta ut talis] supposita hujusmodi connexione, bene imprimis arguitur

79. Principia quibus innituntur.  
Ex præmissa

prothetica  
 illationes  
 luci possint?

guitur à positione seu ( ut dicitur ] à depuratione conditionis ad positionem absolutam conditionati. 2dò, bene arguitur à negatione depuratæ conditionis ad negationem, seu non esse absolutum conditionati. 3tiò, ex negatione existentiaæ absolutæ conditionati, bene infertur negatio depuratæ conditionis. 4to, ex veritate propositionis conditionalis, & affirmatione absoluta conditionati, bene infertur positio absoluta Conditionis. Hinc rectè infertur imò. *Si Petrus oppugnat, Paulus respondet. Sed Petrus defacto oppugnat. Ergo Paulus respondet.* 2dò, bene arguitur: *Si Petrus oppugnat, Paulus respondet. Sed Petrus non oppugnat. Ergo Paulus non respondet.* 3tiò, bene argues: *Si Petrus oppugnat, Paulus respondet. Sed non respondet Paulus. Ergo non oppugnat Petrus.* 4to, adhuc bene sic argues: *Si Petrus oppugnat, Paulus respondet. Sed Paulus respondet. Ergo oppugnat Petrus.*

Ratio assertorum est, quia eo ipso, quòd vera sit propositio conditionalis. Si conditio est depurata, hoc est: si absolute datur & existit, impossibile est non dari conditionatum; vel si non existit conditio, impossibile est dari conditionatum, sub tali nonnisi conditione existitutum. Impossibile item est, non existente conditionato, conditionem absolute existere & depuratam esse. Tandem impossibile est, existente conditionato Conditionem non esse depuratam: hoc enim ipso falsificaretur propositio conditionalis, quæ supponitur esse vera.

Adverto, tales Argumentationes an sint Syllogismi verè propriè tales, me interim non disputare. Communiter hoc nomine appellantur propter aliquam cum syllogismis similitudinem. Illud certum est, easdem argumentationes rectè concludere.

80.  
 Syllogismi cõ-  
 plexi quibus  
 principiis inni-  
 tuntur.

6to. Syllogismi Complexi, qui constant vel omnibus propositionibus Copulativis, vel una Copulativa & duabus disjunctivis, vel una Copulativa & reliquis simplicibus, vel disjunctiva una, & reliquis pariter simplicibus. Hi inquam syllogismi cum æquivalent syllogismis factis ex propositionibus simplicibus

plicibus universalibus vel particularibus, iisdem principiis innituntur & legibus reguntur, quibus reguntur Syllogismi simplices ex terminis communibus.

Illud hinc noto. Syllogismū exclusivè disjunctivum, in quo à propositione disjunctiva & unius simplicis propositionis enuntiatione arguitur ad negationem alterius simplicis, ut cū arguitur: *Id quod movetur est vel homo vel brutum. Sed defecto est homo. Ergo non est brutum.* In quo item à propositione disjunctiva, & negatione unius simplicis, arguitur ad affirmationem alterius simplicis, ut cū arguitur: *Id quod movetur est vel homo vel brutum. Sed non est brutum. Ergo est homo.* Hunc inquam Syllogismum vel Syllogismos, aut potiùs argumentationes infundari doctrinæ de disjunctivis superiùs traditæ num. 75, Disp. 2. Quòd disjunctiva propositio, in qua particula disjunctiva exclusivè accipitur, per hoc sit vera, quòd ex propositionibus simplicibus, quæ particulâ disjunctivâ conjunguntur una sit vera, altera falsa; adeoque quòd hujus alterius quæ est falsa, contradictoria sit vera. Quo supposito, à talis disjunctivæ veritate unius simplicis bene arguitur ad contradictoriam alterius simplicis. Item bene arguitur à veritate propositionis disjunctivæ, & à veritate contradictoriæ unius simplicium bene arguitur ad veritatem alterius simplicis, in disjunctiva propositione contentæ.

In quo arguendi modo, ut facilè patebit reflectenti se supra adducta exempla, ex affirmativa utraque præmissa inferitur conclusio negativa. Item ex præmissa una affirmativa, altera negativa inferitur conclusio affirmativa.

7mò. Syllogismus Causalis cū implicite involvat Syllogismum simplicem Categoricum, iisdem Principiis innititur & dirigitur Regulis, quibus dirigitur Syllogismus simplex & categoricus; sic enim ille Syllogismus Causalis: *Ideo Petrus est homo, quia est animal rationale. Sed etiam Paulus est animal rationale. Ergo & Paulus est homo;* hunc involvit Syllogismum categoricum: *Omne animal rationale est homo. Sed Paulus est*

Hh

animal

81.

principia pro argumentationibus ex propositione disjunctiva.

82.

Syllogismus causalis innititur principiis, quibus & categoricus cui æquivalet.

Specialis regula pro tali syllogismo.

*animal rationale. Ergo Paulus est homo.* Specialis regula pro Syllogismis causalibus ut concludant, est hæc: ut in majori pro causaliter afferatur adæquata causa, propter quã prædicatum convenit subjecto; deinde ut subjecto minoris conveniat illud prædicatũ adæquatẽ sumptum, quod pro causaliter allatum est. Hoc si servatum non fuerit, per syllogismum seu argumentationẽ a causaliter nihil evincetur. recole quæ superius dicta sunt num. 25. de syllogismo causaliter.

83.

8vò. Syllogismi exponibiles cùm æquivalent Syllogismis copulativis vel disjunctivis, id circa eorum bonitatem & constructionem tenendum est, quod tenendum esse dixi num. 80. circa Syllogismos complexos, per quos etiam debent prius exponi Syllogismi exponibiles, ut pateat an rectè concludant; plerumque enim Syllogismi exponibiles captiosi esse solent.

84.

Syllogismi proportionum qui bus legibus regulantur?

Postremò, Syllogismi proportionum eatenus non nisi principiis communibus Syllogismorum infundantur & legibus regulantur, quatenus reduci vel resolvi possunt in Syllogismum simplicem categoricum; ratione etiam cujus concludere dicuntur. Ad quemnam verò Syllogismum simplicem & categoricum reducantur, & in quem resolvantur syllogismi proportionum, discès ex hoc Syllogismo: *Sicut se habet ulna ad semiculnam, sicut se habet palmus ad semipalmum. Sed ulna est dupla semiculnae. Ergo & palmus est duplus semipalmi.* Qui syllogismus in hunc categoricum & simplicem resolvitur: *Eadem est proportio inter palmum & semipalmum, quæ est proportio inter ulnam & semiculnam. Sed inter ulnam & semiculnam est proportio dupla. Ergo & inter palmum & semipalmum est proportio dupla.*

Ad complementum doctrinæ circa artificium Syllogismi in quacunq; materia & forma: duo hic queri possunt.

Imum. An ad quamcunque veritatem probandam possit assumi syllogismus in quacunq; figura & modo? quod si non potest, quæ sit regula universalis ex qua cognoscatur qualinam Syllogismo aliqua veritas probanda sit?

85

Quæ proposi-

Respondeo, non posse quamvis veritatem seu propositionem probari per syllogismum cujuscunque figuræ & modi, ut alias



aliàs dictum est num. 36. Regula autem universalis, ex qua cognoscendum est per quam Figuram & modum propositio aliqua probari debeat, hæc est: habita propositione quæ probari debet, vide, per quæ modum, & cuius figuræ inferri debeat ejus quantitatis & qualitatis conclusio, quam quantitatem & qualitatem habet, probanda propositio; per talem enim modum probabis illam tuam propositionem. Hinc propositio universalis affirmativa non potest probari, nisi per unicum modum directum 1mæ Figuræ dictum *Barbara*; hic enim solus potest inferre conclusionem universalem affirmativam. Propositio universalis negativa potest probari per modum directum 1mæ figuræ *Celarent*, per modum indirectum *Celantes*; præterea per modos figuræ 2dæ *Cesare* & *Camesfres*; in his enim modis infertur conclusio universalis negativa. Propositio particularis affirmativa potest probari per modum directum *Darii* 1mæ Figuræ; per modos indirectos: *Baralipron* & *Dabitis*: tum etiam per modos 3tiæ: figuræ *Darapti* *Disamis*, *Datifi*. Propositio particularis negativa probari potest per modum directum *Ferio* 1mæ Figuræ: per modos indirectos, *Fapesmo* & *Fisefmo*: per modos 2dæ Figuræ, *Festino* *Baroco*, tandemque per modos 3tiæ Figuræ, *Felapton*, *Bocardo*, & *Ferison*. Porro dum plures sunt modi, quibus una eademque propositio probari potest, si per medium terminum non determinaris ad hunc potiùs modum quàm alium; arbitrio tuo relinquitur, ut illum modum assumes, quem volueris.

2dum est, quod in præfenti quæri potest, quomodo inveniendus sit medius terminus?

Proponi solet à quibusdam difficillimus & laboriosissimus modus inveniendi medii termini, qui pons asininus dici solet. Hunc quamvis aliqui non contemnendum putent, multorum Tyronum naufragio, ac etiam suo nomine infamem pontem declinandum duxi: proindeque ab eo proponendo abstinco. Pro inveniando medio termino unicuique sufficiat, ingenii proprii felicitas & promptitudo, frequens disputandi usus, se-

Hh2

tiones per quos modos & cuius figuræ probari possint vel debeant?

86.  
In inveni-  
do medio ter-  
mino, quæ ad-  
minicula esse  
possint?

ria

ria ad Philosophicum studium applicatio, alacris & attenta  
 auscultatio eorum, quæ a viis doctis in Concertationibus ad-  
 duci & proponi solent. Potest præterea in inveniendis me-  
 dio termino iuvare notitia primorum Principiorum, & ex his  
 deductarum aliarum infallibilium veritatum. Notitia item lo-  
 corum Dialecticorum an Rhetoricorum, tam intrinsecorum,  
 qui 16. numerantur, suntque: *Definitio, Enumeratio partium,*  
*Notatio, Coniugata, Genus, Forma, Similitudo, Dissimilitudo,*  
*Contraria, Adjuncta, Antecedentia, Consequentia, Repu-*  
*gnantia, Causa, Effectus, Comparatio;* quàm etiam locorum ex-  
 trinsecorum, qui 6 assignantur: *Præjudicia, Fama, Tormenta,*  
*Tabula, Fusjurandum, Testes.* Ad hæc omnia, vel certe ad  
 aliqua si fiat reflexio, non difficile invenietur mediis termi-  
 nus, & occurreret ratio pro veritate probanda, quæ assumi-  
 tur.

## QUÆSTIO III.

### *De Proprietatibus & Oppositis Argumentationis.*

Proprietates Argumentationis, aliæ sunt communes cui-  
 cunque speciei Argumentationis, aliæ particulares, solis Syl-  
 logismis, qui fiunt in modis imperfectis convenientes; quales  
 proprietates sunt reductiones Syllogismorum. Opposita verò  
 Argumentationis, sunt captiosæ aliquæ & sophisticæ illationes,  
 De his omnibus & singulis, agemus tribus diversis Punctis,

#### PUNCTUM I.

De Proprietatibus omni Argumentationi communibus.  
 Proprietates communes Argumentationis sequentibus prin-  
 cipiis exprimi solent.

Innum est. Ex vero non sequitur nisi verum, sensus hu-  
 jus Principii est: ex antecedente vero seu præmissis veris, per  
 bonam illationem non potest sequi nisi consequens verum.  
 Principium hoc ita certum est, ut semel concessio, quòd ex ve-

97.  
 Ex vero non  
 sequitur nisi  
 verum.

ro per bonam illationem possit sequi falsum, omnes scientiæ in dubium revocari debeant, nec sit modus & medium deprehendendi plures veritates, quæ nunc per illationem legitimam ex veris deprehendi solent. Quare quemadmodum certum est dari aliquas scientias, posse item per bonam illationem deduci & deprehendi aliquas veritates; ita certum est, ex vero non sequi nec inferri nisi verum. Ratio insuper est, quia si ex vero posset inferri falsum, ex hoc vg. vero: *Petrus est homo*, posset inferri hoc falsum, *Ergo Petrus est lapis*; sed non potest, quia ex esse veri, non potest inferri non esse ejusdem veri; ex esse hominis, non potest inferri non esse hominis; posset verò imò deberet inferri, si ex esse *hominis* inferretur esse *lapidis*, siquidem esse *lapidis* est essentialiter non esse *hominis*, vel tale non esse infert.

2dum Principium est. Ex falso potest sequi falsum vel verum; seu ex falso Antecedente per bonam illationem potest inferri quandoque falsum, quandoque verum. Potest imprimis inferri falsum, ut patet in hoc exemplo: *Petrus est Chymera*. Ergo *Petrus involvit duo contradictoria*. Potest etiam inferri verum ex falso, ut patet in hoc exemplo: *Petrus est rugibilis*. Ergo *Petrus est animal*. Ratio hujus Principii est, quia ex Antecedente falso potest inferri tale consequens, in quo de subjecto affirmetur prædicatum, quòd licet non conveniat subjecto, propter connexionem tamen falsi antecedentis cum tali prædicato, deberet convenire eidem subjecto. Potest item ex falso antecedente inferri consequens, per quod affirmatur prædicatum de subjecto, quod eidem subjecto convenit, & quod insuper tali subjecto ex vi antecedentis debet convenire.

Adverto, non hoc sensu intelligendum esse Axioma seu principium præsens, quòd propositio, quæ inferitur ex falso prout est consequentia, & prout est illata, possit esse aliquando vera; taliter enim accepta, necessario est falsa & negabilis unà cum antecedente; solum ergo propositio, quæ inferitur ex falso prout est consequens & independenter ab illatione, potest esse vera.

88.

Ex falso potest sequi vel falsum vel verum.

Ex duobus his principiis habetur, quòd verum possit sequi & inferri vel ex vero, vel ex falso. Falsum autem non possit inferri nisi ex falso.

89.  
Ex necessario  
sequitur ne-  
cessarium.

3tium Principium est. Ex necessario sequitur non nisi necessarium, hoc est: ex eo, quod est necessario verum per bonam illationem necesse est sequi tale, quod idem est necessario verum. Non potest enim tali consequenti repugnare veritas, quia hoc ipso ex vero sequeretur falsum, quòd repugnat dictis num. 87. Non potest etiam consequenti, quod inferitur ex antecedente necessario, contingens esse quòd sit verum; quia hoc ipso tale consequens posset non esse verum; adeoque per bonam illationem inferretur ex vero, quod posset non esse verum, stante veritate Antecedentis; quòd non minùs repugnat eidem Principio illato num. 87.

90.  
Necessarium  
in ratione ve-  
ri.

Noto 1mò. Non esse sensum adducti Principii, quòd ex necessario non possit quidquam inferri circa objectum impossibile vel contingens. Cum enim circa impossibile & contingens possent dari veritates necessariae, possunt hæ ipsæ inferri ex necessario; & sic ex hac veritate necessaria: *DEUS est productivus non nisi possibilem*, bene inferitur hæc veritas: *Ergo chymara non est producibilis à DEO*, quæ veritas est circa objectum impossibile; ex hac item veritate necessaria: *Quidquid extra DEUM existit, id productum est à DEO*; bene inferitur hæc veritas circa objectum contingens: *Ergo quòd contingenter existit est productum à DEO*. Est igitur sensus dicti Principii, ex necessario in ratione veri, non potest inferri nisi quòd idem sit necessarium in ratione veri, hoc est: non potest illi repugnare veritas, nec potest contingens esse quòd sit verum.

91  
Necessarium  
item ex vi illa-  
tionis.

Noto 2dò. Etiam si aliquid comparatum ad suas causas possit esse contingens, quatenus tamen per bonam illationem inferitur ex necessario in ratione veri, necesse est & illud quod inferitur esse verum; adeoque hoc sensu est necessario verum: patet id in sequenti Syllogismo Figuræ 3tiae in Darapti: *O-*

*mne* ]

*mine currens vitaliter movetur. Sed omne currens vitaliter est animal. Ergo aliquod animal movetur.* In quo Syllogismo etiam si consequens sit contingens secundum se, & independenter ab illatione: prout tamen infertur ex præmissis veris iisque necessario veris, necesse est illud in ratione consequentiæ esse verum. Hic syllogismus si reducatur ad syllogismum perfectum in Darii, conclusionem eandem infert ex minore itidem contingente.

4<sup>um</sup> Principium est. Ex contingente seu possibili potest sequi consequens vel contingens & possibile, vel necessarium; ex: gr: ex hoc Antecedente contingente: *Petrus scribit*, potest inferri vel hoc consequens contingens: *Ergo manum movet*; vel hoc necessarium, *Ergo est animal*. Ratio est, quia prædicatum, quod contingenter convenit subjecto Antecedentis potest habere connexionem cum talibus prædicatis, quorum unum contingenter convenit subjecto consequentis, alterum convenit necessario.

5<sup>um</sup> est. Ex impossibili potest sequi vel impossibile, vel contingens, vel necessarium. Et sic ex hoc Antecedente impossibile: *Homo est lapis*, potest inferri, imò hoc consequens impossibile: *Ergo homo non est animatus*. 2<sup>do</sup> hoc consequens contingens: *Ergo homo est in loco circumscriptive*. Hoc item, *Ergo tendit deorsum*. 3<sup>io</sup> hoc consequens necessarium: *Ergo homo est corpus*.

Principium hoc impugnant aliqui, qui putant ex impossibili aut nihil posse inferri, aut utrumque quodvis duplex contradictorium. Cæterum ab his impugnatoribus expecto contrariam rationem, quarenam ex impossibili non possit inferri anum aliquod determinatum prædicatum, absque eo, quod illius contradictorium inferri debeat; præcipue cum Antecedens impossibile non cum utroque quovis contradictorio connexionem habeat, sed sunt aliqua talia contradictoria, cum quorum uno non nisi connectitur & unum infert. Certè hoc Antecedens impossibile: *homo est lapis*, videtur habere connexionem

92.  
Ex contingente potest sequi vel contingens vel necessarium.

93.  
Ex impossibili potest sequi vel impossibile, vel contingens, vel necessarium.

Ex impossibili non sequitur quodvis duplex contradictorium.

nexionem aliquam cum hoc consequente: *Ergo homo est corpus*; idque hanc connexionem habet Antecedens illud: *Homo est lapis* tam ratione subjecti, quam ratione predicati, quod utrumque infert *esse corporis*. Non apparet autem quam connexionem, & ratione cuius termini habeat idem Antecedens *Homo est lapis*, cum contradictorio prioris consequentis, *Ergo homo non est corpus*.

Solvitur ob-  
jectio.

Dices: hoc Antecedens impossibile, *Homo est lapis*, infert hoc consequens, *Ergo homo est chymæra*. Ergo ulterius infert & illud consequens, *Ergo homo non est corpus*. Respondeo; concedo quòd illud Antecedens impossibile, *Homo est lapis*, inferat hoc consequens: *Ergo homo est chymæra*, intelligendo quòd sit *aliqua chymæra*; non autem quòd sit *omnis chymæra*; cum non appareat quomodo ex eodem Antecedente, *Homo est lapis*, inferatur, *Ergo homo est alter DEUS*. Hinc nego ulterius ex dicto Antecedente bene inferri hoc consequens: *Ergo homo non est corpus*. Non ex quavis enim chymæra sequitur quodvis duplex contradictorium, sed satis est, quòd duo aliqua contradictoria sequantur: & sic ex hac chymæra *Homolapis*, licet sequantur hæc contradictoria: *Esse animati, & non esse animati*; ex esse enim *hominis* inferitur *esse animati*; ex esse *lapis* inferitur *non esse animati*; tamen ex eadem chymæra *Homolapis* non inferuntur hæc alia contradictoria: *Esse corporis, & non esse corporis*. *Esse enim corporis* inferitur tam ex esse *hominis*, quam ex esse *lapis*. *Non esse verò corporis* ex nullo horum inferitur.

2da objectio  
solvitur.

Dices deinde, falsa est consequentia illius Syllogismi: *Omne corpus, est substantia. Angelus est corpus. Ergo Angelus est substantia*; ut dictum est num. 5. Ergo etiam in hoc Enthymemate: *Homo est lapis. Ergo homo est corpus*, falsa est consequentia, adeoque non bene inferitur ex Antecedente impossibili consequens necessarium verum. Respondeo, pari aut potius eodem modo, me discurrere de consequentia hujus Enthymematis: *Homò est lapis. Ergo homo est corpus*; atque discurrebam

currebam num. 5 de consequentia illius Syllogismi: *Omne corpus est substantia. Angelus est corpus. Ergo Angelus est substantia*; nimirum utrobique consequens est verum, consequentia est simpliciter & absolutè falsa, cum quo tamen stat quòd illatio sit bona; quia concessis sive præmissis, sive Antecedente, non est negabilis consequentia, sed & ipsa admitti debet. Bonitas enim illationis per omnes Philosophos ex eo habetur, quòd admissio Antecedente vel præmissis, admitti debeat consequentia; quia in deductione & illatione ipsius, non est peccatum contra principia & regulas bonæ illationis; non desumitur verò bonitas consequentiæ ex eo, quòd consequentia sit vera; hæc enim optimè licèt & juxta regulas illata, debet esse falsa, si præmissa aliqua fuerit falsa, vel Antecedens falsum, idque ex eo, quia consequentia ut talis per particulam illativam enuntiat extrema conclusionis exinde esse inter se eadem, quia sunt eadem cum uno 3tio; adeoque consequentia ut talis, est implicitè propositio causalis, quæ necessariò est falsa, si causalis non subsistit, hoc est: si non est vera identitas extremorum cum medio. Licèt verò in talibus Argumentationibus consequentia sit falsa. Consequens tamen potest esse verum, & defacto est verum in adductis exemplis; quia hæc propositio: *Angelus est substantia*, sumpta secundum se. Hæc item: *Homo est corpus*, sunt propositiones veræ: & quia sunt necessariò veræ, ideo tam hæc, quàm illa sunt consequens necessarium.

6tum Principium est. Dum legitima est consequentia, quidquid infertur ex consequenti, id ipsum sequitur & bene infertur etiam ex Antecedente. Et iterum, ex quacunque veritate infertur Antecedens, ex eadem bene infertur & consequens. Hinc quia ex consequente hujus Argumentationis: *Petrus est homo. Ergo Petrus est animal*, potest inferri quòd *Petrus sit vivens*, id ipsum potest inferri etiam ex Antecedente hoc v.g: *Modò, Petrus est homo. Ergo Petrus est vivens*. Et iterum, quia hujus Enthymematis: *Petrus est animal. Ergo Pe-*

94

Quod sequitur  
ex consequen-  
te legitime il-  
lato, id ipsum  
bene infertur ex  
antecedente &c

*trus est vivens*, Antecedens bene inferitur ex illa veritate seu propositione: *Petrus est homo*; ex eadem bene inferitur & consequens. Adeoque supposita bonitate hujus illationis: *Petrus est animal*. Ergo *Petrus est vivens*, bonæ sunt etiam hæc illationes: *Petrus est homo*. Ergo *Petrus est animal*. *Petrus est homo*. Ergo *Petrus est vivens*.

Ratio 1mæ partis est, si id quod inferitur ex consequente legitime illato, non inferretur ex Antecedente, tunc existente vero Antecedente posset esse falsum id, quod inferitur ex consequente; si enim tale illatum necessarid est verum, dum Antecedens est verum, & quia est verum: tale illatum bene inferitur ex eodem Antecedente. Sed id quod inferitur ex consequente non potest esse falsum, quia & consequens deberet esse falsum, cum falsum non inferatur nisi ex falso per num. 88. sed consequens non potest esse falsum, cum supponatur illatum esse ex Antecedente vero, ex quo non potest inferri nisi verum per num. 87. Ergo.

Ex qua veritate bene inferitur antecedens, ex illa bene inferitur & consequens.

Ratio 2dæ partis est. Si ex illa veritate non inferretur legitime consequens, ex qua inferitur Antecedens: tunc veritate illa seu propositione admissa pro vera, vel existente vera, posset consequens non esse verum aut non admitti ut verum; si enim etiam hoc est verum, aut debet admitti ut verum, bene inferitur ex tali veritate, qua existente ut tali, debet & ipsum consequens esse verum. Sed existente tali propositione vera, consequens non potest non esse verum seu non potest esse falsum, quia aliàs & Antecedens deberet esse falsum, consequens enim falsum non potest inferri nisi ex Antecedente falso. Antecedens autem non potest esse falsum utpote illatum ex vero, quia ex propositione per suppositionem vera.

Ex vero per bonam illationem inferitur & consequens verum, & consequentia vera.

Adverto, ex vero per bonam illationem non solum inferri consequens verum, sed etiam consequentiam veram. Ex falso dum aliquando inferitur verum, consequens non nisi quod inferitur est verum, consequentia est falsa.



contradictorio consequentis bene arguitur ad contradictoriū Antecedentis v.g: supposito quòd hæc sit legitima consequentia: *Petrus est homo. Ergo Petrus est animal.* Ex contradictorio consequentis bene arguitur ad contradictorium Antecedentis in hunc modum: *Petrus non est animal. Ergo Petrus non est homo.* Ratio hujus Principii est, quia sublato termino connexionis, tollitur & ipsa connexio; adeoque & fundamentum connexionis ab illa ipsa indistinctum; connexio enim ex suo conceptu est ratio illa, ex vi cujus unum ita ad suum esse exigit aliud, ut illo alio ablato, etiam prius non subsistat, sed auferri debeat. Arqui consequens legitime illatum ex Antecedente est terminus connexionis, quâ Antecedens connectitur cum consequente; antecedens verò est fundamentum talis connexionis. Ergo sublato consequente tollitur & Antecedens. Subsumitur: Sed consequens per suum contradictorium tollitur. Ergo sublato consequente per suum contradictorium, seu dato contradictorio consequentis, etiam Antecedens debet tolli per suum contradictorium; adeoque bene arguitur à contradictorio consequentis ad contradictorium Antecedentis.

Dices, ablato termino Relationis potest manere fundamentum ejusdem; ergo etiam ablato termino connexionis potest manere fundamentum ejusdem. Respondeo imprimis, si Relatio est simul connexio fundamenti cum termino, ut sunt plures tales Relationes, ablato termino Relationis, quæ simul est connexio, debet tolli & ipsa Relatio ejusque fundamentum: ut patet in Relatione modi ad modificatum cujus termino, hoc est: modificato ablato, tollitur & fundamentum hujus Relationis, nimirum modus. Respondeo 2dò, omisso Antecedente nego consequentiam, disparitas est, quia connexio ex suo conceptu formali postulat, ut ad ablationem termini auferatur fundamentum ipsius connexionis; connexio enim ex suo conceptu est exigentia, vi cujus res, quæ dicitur connecti ( dicitur hæc fundamentum connexionis ) ita ad suum esse exigit rem illam cum qua connectitur ( hæc rester-

a contradicto-  
rio consequen-  
tis valet illatio  
ad contradi-  
ctorium an-  
tecedentis.

Respondetur  
ad objectio-  
nem.

minus connexionis vocatur) ut illâ ablatâ auferri debeat etiam hæc, quæ illum exigit; adeoque quæ connectitur. Relatio autem ex suo conceptu formali id non postulat.

Adverto, per Antecedens & Consequens inter quæ dicitur esse connexio, intelligi Antecedens objectivum & Consequens objectivum, non formale. Per connexionem verò non intelligi connexionem strictam, sed intelligibilem habitudinem inter aliqua, ut unum inferat aliud, nec possit non inferre.

96.  
Ex falsitate unius contradictorii bene inferitur veritas alterius, & contra.

Svum Principium. Ex falsitate unius contradictorii bene inferitur veritas alterius, & è contra, ratio est, quia repugnat utrumque contradictorium simul esse verum, aut simul esse falsum, ut dictum est num. 122. Disp. 2. Ergo dum est unum falsum, alterum est necessariò verum; vel, si unum verum est, alterum debet esse falsum, adeoque ex veritate unius contradictorii bene inferitur falsitas alterius; vicissimque ex falsitate unius contradictorii bene inferitur veritas alterius. Et sic ex his contradictoriis: *Antichristus existit, Antichristus non existit*; si falsum est quòd *Antichristus existit*, necessariò verum est alterum contradictorium, quòd *Antichristus non existit*, & è contra; adeoque bene arguitur à falsitate unius contradictorii ad veritatem alterius, & vicissim.

Notò, per contradictoria non intelligi hoc loco terminos contradictorios, his enim non convenit veritas, nec falsitas: sed intelligi propositiones contradictorias, ut sensus sit: ex veritate unius propositionis contradictoriæ, bene inferitur falsitas alterius propositionis contradictoriæ, & è contra.

97.  
Ex ratione communi quod dicitur de uno, dicitur de quovis alio cui hæc ratio communis est.

9num. Quidquid ex ratione pluribus communi dicitur de uno ex illis pluribus, id ipsum dici debet de alio quovis cui ratio hæc communis est. Nimirum, si negas *Petrum existere*, ex hac ratione quòd *mortuus sit*, debes pariter negare *Paulum existere*, qui pariter *mortuus est*. Ratio facilis videtur esse ex illo Principio: *Dici de omni, est dici de aliquo. Dici de nullo, est dici de aliquo non*. Quidquid enim ex ratione communi dicitur de aliquo, dicitur & dici debet de omnibus & singulis sub tali ratione contentis; aliàs non ex ratione communi

muni diceretur, aut illa ratio non esset sufficiens, ut ex illa de quopiam aliquid diceretur. Quidquid verò dicitur de omnibus & singulis sub ratione communi comprehensis, dicitur etiam & dici debet de uno quovis singulari divisim accepto; adeoque quod dicitur de uno ex ratione communi, rectè dicitur dicique debet & de altero, cui talis ratio communis est.

Huic Principio infundatur is Argumentandi modus, qui dicitur Argumentum ad hominem. Et retorsio Argumenti in adversarium, quæ tunc est, quando sua ratione confutatur adversarius, ejusque aliqua sententia oppugnatur illa ratione, quâ is in diversa materia evincenda contra te utitur, vel quam ex quibusdam principiis admittere tenetur.

Retorsio argumenti huic Principio infundatur.

## PUNCTUM II.

### *De Proprietatibus Syllogismorum imperfectorū.*

Per proprietates Syllogismorum imperfectorum, intelliguntur reductiones eorundem; ut dixi in Titulo præsentis Quæstionis. Porro reductio Syllogismi est tunc, quando ex Syllogismo modi imperfecti, fit Syllogismus modi perfecti. Reductio hæc alia est ostensiva, alia reductio ad impossibile.

#### De Reductione ostensiva.

Reductio ostensiva est, quando Syllogismus factus in modo aliquo imperfecto per transpositionem, vel per conversionem propositionū, vel tam per hanc, quàm per illam transformatur in Syllogismum modi perfecti, hoc est: in Syllogismum factum in aliquo modo ex quatuor modis directis primæ figuræ.

Regulæ pro reductione ostensiva hæc sunt.

Ima. Unusquisque modus imperfectus reduci debet ad eum modum perfectum, cujus denominatio ab eadem littera initiali incipit; unde ad modum directum *Barbara*, reduci debet modus Baralipron; ad *Celarent*, reduci debent modi imperfecti *Celantes*, *Cesare*, *Camestres*. Ad modum directum Da-

98.  
reductio ostensiva quid est?

99.  
Regulæ hujus reductionis.  
Ima

rii: reducendi sunt modi: *Dabitis, Darapti, Disamis, Datifi*. Ad *Ferio*: reducendi sunt, *Fapesmo, Frisefmo, Fesino, Felapton, Ferison*. Excipiuntur modi imperfecti *Baroco & Bocardo*, qui nequeunt reduci ostensivè, sed solum reduci possunt ad impossibile

2da. Regula est. In singulis dictionibus experimentibus

100. modos imperfectos attendendum est ad quatuor has literas  
2da versiculis S. P. M. C. Hæ enim literæ indicant, quæ propositiones  
expressa. sunt convertendæ & quali conversione, quæ item transponendæ; tandem qui syllogismi nequeunt reduci ostensivè, sed reducendi sunt ad impossibile. Quod totum ex sequentibus versiculis cognoscitur.

S. vult simpliciter verti, P. verò per acci:

M. vult transponi, C. per impossibile duci.

Explico singula per partes, quæ his dicuntur versiculis.

Hi per partes  
explicantur.

Dicitur: *S vult simpliciter verti*, quod sic intelligi debet: propositio modi imperfecti respondens vocali dictionis talem modum significantis, si post talem vocalem sequatur proximè litera *S*, debet converti conversione simplici, ita, ut si litera *S* sequatur vocalem primæ syllabæ in reductione ostensiva, Major debet converti simpliciter; si subsequitur vocalem 2dæ Syllabæ, Minor convertenda est simpliciter. Si eadem consonans sequitur vocalem 3tiæ Syllabæ, consequens est convertendum simpliciter.

Dicitur deinde. *P verò per acci*.

Quibus verbis hoc significatur, dum reductio fit ostensiva. Illa propositio modi imperfecti & Syllogismi qui reducitur, converti debet conversione per accidens, cui respondentem vocalem in dictione ejusdem modi expressiva sequitur proximè litera *P*.

Dicitur ulterius. *M vult transponi*, per quod significatur, quòd præmissæ modi imperfecti qui reducitur, debeant transponi, si in dictione ejusdem modi expressiva inveniatur litera *M*.

Quod si in dictione expressiva alicujus modi imperfecti, post vocalem propositioni alicui respondentem, sequantur duæ consonantes, una conversionem, altera indicans transpositionem

positionem; propositio illa debet prius converti conversione per consonantē significata, tum deinde convertens propositio debet transponi vel cum altera præmissa, vel cum ejus pariter convertente, si & illa converti debuit. Et sic, quia in dictione *Fapesmo* post vocalem E 2dæ syllabæ respondentem Minori Syllogismi imperfecti, sequuntur duæ consonantes S. & M. quarum una conversionem simplicem, secunda denotat transpositionem præmissarum; in reductione Syllogismi imperfecti in *Fapesmo* prius conversiones præmissarū fieri debent: Majoris conversio per Accidens indicata per literam P, Minoris conversio simplex, tum deinde convertens Minoris transponenda est cum convertente Majoris. Dicitur tandem C. per impossibile duci; quorum verborum hic sensus est: si intra dictionem expressivam modi alicujus imperfecti inveniatur litera C, Modus ille non potest reduci ostensivè, sed nonnisi reduci potest ad impossibile Hinc modi Baroco & Bocardo solum ad impossibile reduci possunt, quia intra has dictiones invenitur litera C. Aliter discurrendum est de modis à litera C incipientibus, qui omnes reduci possunt ostensivè.

Secundum has regulas factæ reductionis ostensivæ Syllogismorum imperfectorum appono tabulam, in qua à latere sinistro, ponuntur Syllogismi imperfecti qui reducuntur, à latere dextro, modi perfecti ad quos illi reducti sunt.

Reductio Syllogismorum imperfectorum in eam figuram ad perfectos

|      |                                  |                                       |       |
|------|----------------------------------|---------------------------------------|-------|
| Bar  | Omne bonum est amabile.          | Omne bonum est amabile.               | Bar   |
| ba   | Omnis virtus est bona.           | Omnis virtus est bona.                | ba    |
| ra   | Ergo aliquod amabile est virtus. | Ergo omnis virtus est amabilis.       | ra.   |
| la   | pton.                            | Nullum malum est amandum.             | Ce    |
| lan  | Ce                               | Nullum malum est amandum.             | la    |
| res. | lan                              | Omne peccatum est malum.              | rent. |
| Da   | res.                             | Ergo nullum amandum est peccatū.      | Da    |
| bi   | Da                               | Omne bonum est amabile.               | ri    |
| tis. | bi                               | Aliqua virtus est bona.               | i.    |
| Pa   | tis.                             | Ergo aliqua virtus est amabilis.      | Fe    |
| pe   | Pa                               | Nullum bonum est peccatum.            | ri    |
| smo  | pe                               | Aliquod amabile est bonum.            | o.    |
| Fi   | smo                              | Ergo aliquod amabile non est peccatū. | Fe    |
| se   | Fi                               | Nullum bonum est peccatum.            | ri    |
| sno. | se                               | Aliquod amabile est bonum.            | o.    |
|      | sno.                             | Ergo aliquod amabile non est peccatū. | o.    |

## Reductio Syllogismorum 2dæ Figuræ ad perfectos.

|       |                                     |                                     |       |
|-------|-------------------------------------|-------------------------------------|-------|
| Ce    | Nullum peccatum est bonum.          | Nullum bonum est peccatum.          | Ce    |
| fa    | Omnis virtus est bona.              | Omnis virtus est bona.              | la    |
| re.   | Ergo nulla virtus est peccatum.     | Ergo nulla virtus est peccatum.     | rent. |
| Ca    | Omnis virtus est bona.              | Nullum bonum est peccatum.          | Ce    |
| me    | Nullum peccatum est bonum.          | Omnis virtus est bona.              | la    |
| fres. | Ergo nullum peccatum est virtus.    | Ergo nulla virtus est peccatum.     | rent. |
| Fe    | Nullum peccatum est bonum.          | Nullum bonum est peccatum.          | Fe    |
| sti   | Aliqua virtus est bona.             | Aliqua virtus est bona.             | ri    |
| no.   | Ergo aliqua virtus non est peccatū. | ergo aliqua virtus non est peccatum | o.    |

Baroco reducitur ad impossibile.

## Reductio Syllogismorum 3tæ Figuræ ad perfectos.

|                                   |                                     |                                     |    |
|-----------------------------------|-------------------------------------|-------------------------------------|----|
| Da                                | Omnis virtus est bona.              | Omnis virtus est bona.              | Da |
| ra                                | Omnis virtus est amabilis.          | Aliquod amabile est virtus.         | ri |
| pti.                              | Ergo aliquod amabile est bonum.     | Ergo aliquod amabile est bonum.     | i. |
| Fe                                | Nulla virtus est inhonesta.         | Nulla virtus est inhonesta.         | Fe |
| lap                               | Omnis virtus est amabilis.          | Aliquod amabile est virtus. (stum   | ri |
| ton.                              | Ergo aliquod amabile non est inhone | ergo aliquod amabile non est inhone | o. |
| Di                                | Aliqua virtus est laudanda. (stum   | Omnis virtus est amabilis.          | Da |
| fa                                | Omnis virtus est amabilis.          | Aliquod laudandum est virtus.       | ri |
| mis.                              | Ergo aliquod amabile est laudandum. | Ergo aliquod laudandum est amabile. | i. |
| Da                                | Omnis virtus est bona.              | Omnis virtus est bona.              | Da |
| ti                                | Aliqua virtus est amabilis.         | Aliquod amabile est virtus.         | ri |
| fi.                               | Ergo aliquod amabile est bonum.     | ergo aliquod amabile est bonum.     | i. |
| Bocardo reducitur ad impossibile. |                                     |                                     |    |
| Fe                                | Nulla virtus est inhonesta.         | Nulla virtus est inhonesta.         | Fe |
| ri                                | Aliqua virtus est amabilis. (nestū  | Aliquod amabile est virtus. (stum   | ri |
| ton.                              | Ergo aliquod amabile non est inho   | Ergo aliquod amabile non est inhone | o. |

101

Ex hac Syllogismorum reductione facile demonstrari potest, quod Syllogismi modò imperfectorum rectè concludant. Et id ipsum tali Argumento ostenditur: Modi singuli perfecti ad quos reducuntur imperfecti, rectè concludunt; ut deductum est numeris 44 & 45. Ergo & ipsi modi imperfecti rectè concludunt. Consequentiam probo per partes: Imprimis, illi Syllogismi modorum imperfectorum, quorum nominis consequens converri simpliciter debet, ut reducantur ostensivè, quales Syllogismi

Syllogismi sunt *Celantes* & *Dabitis*, rectè concludunt. Ex quibus enim præmissis, rectè inferitur propositio conversa, ex iisdem rectè inferitur & ipsa propositio convertens. Et quia conversio simplex est mutua, ex quibus præmissis rectè inferitur propositio convertens, ex iisdem rectè inferitur & propositio conversa; quia per num. 94. ex qua veritate bene inferitur Antecedens, ex eadem bene inferitur & Consequens. Sed conclusio Syllogismi *Celarent*, ad quem reducitur Syllogismus *Celantes*, est propositio convertens: jam autem conclusio Syllogismi *Celantes* est propositio conversa, & ex iisdem præmissis utraque inferitur. Ergo si ex his rectè inferitur conclusio Syllogismi *Celarent*, rectè inferetur ex illis ipsis etiã conclusio Syllogismi *Celantes*; adeoq; si ille rectè concludit, etiã iste rectè concludet. Eodè modo discurre de syllogismis *Dabitis* & *Darii*, ex quibus prior reducitur ad 2dum per conversionem simplicem Consequentis.

2dò, Illi Syllogismi modorum imperfectorum, in quibus una vel ambæ præmissæ converti debent simpliciter, ut reducantur ad modos perfectos, quales Syllogismi sunt: *Frisesmo*, *Cesare*, *Camestres*, *Festino*, *Disamis*, *Datifi*, *Ferison*, rectè concludunt; rectè item concludunt Syllogismi modorum imperfectorum, in quorum reductione aliqua præmissa debet converti per accidens, vel una simpliciter, altera per accidens; quales Syllogismi sunt: *Fapesmo*, *Darapti*, *Felapton*. Ex quocunque enim bene inferitur Antecedens seu præmissa, vel præmissæ modi perfecti, ex eodem rectè inferitur consequens huius ipsius modi perfecti per num. 94. Sed præmissæ modorum imperfectorum, ad quos reducuntur supra enumerati modi imperfecti, per conversionem sive simplicem, sive per accidens præmissarum, quæ sunt in modis imperfectis, rectè inferuntur ex his ipsis præmissis, tanquam ex suis conversis. Ergo ex talibus conversis rectè inferuntur etiam consequentes modorum perfectorum, imò & convertens simpliciter alicujus talis consequentis.

Hujusmodi verò illationes, sunt illationes eorundem modo-

Kk

Modi *Celantes* & *Dabitis* rectè concludunt & quare?

102

Ostenditur id ipsum in aliis syllogismis imperfectis & ratio redditur.

modorum imperfectorum, adeoque hi rectè concludunt. 3tiò, tandem rectè concludit modus imperfectus *Baralip-ton*, eo ipso, quòd rectè concludat modus perfectus *Barbara*, ad quem ille ostensivè reduci debet. Quidquid enim bene inferitur ex consequente, idem bene inferitur etiam ex Antecedente; sed ex consequente, hoc est: ex conclusione modi perfecti in *Barbara*, rectè inferitur per conversionem per accidens conclusio modi *Baralip-ton*. Ergo eadem conclusio rectè inferitur etiam ex Antecedente, hoc est: ex præmissis modi perfecti in *Barbara*. Hoc autem fit per Syllogismum modi imperfecti *Baralip-ton*, in quo præmissæ eadem sunt, quæ Syllogismi in *Barbara*, Consequens verò est convertens per accidens consequentis ejusdem Syllogismi perfecti in *Barbara*.

104  
In reductione hujus modi consequens non convertitur propriè

Noto, dum reducitur Modus imperfectus *Baralip-ton* ad modum perfectum *Barbara*, in hac reductione consequens modi imperfecti non convertitur propriè per consequens modi perfecti *Barbara*: particularis enim affirmativa secundum dicta de conversionibus non convertitur per accidens; quando igitur in reductione Syllogismi *Baralip-ton*, ad Syllogismum perfectum *Barbara*, ex Consequente particulari affirmativo Syllogismi *Baralip-ton*, fit consequens universale affirmativum habens terminos transpositos. Consequens hujusmodi reducitur ad suum pristinum, vel certè ad statum sibi connaturalem, quem habet in modo perfecto *Barbara*; unde consequens Syllogismi *Baralip-ton* est propositio convertens, & non conversa respectu consequentis Syllogismi in *Barbara*, ut dictum est numero præcedente. Idque necessarium fuit ut ostenderetur, quòd modus imperfectus *Baralip-ton* rectè concludat.

105  
Quis usus reductionis ostensivæ & quando?

Usus reductionis ostensivæ est pro casu, in quo consequentia negaretur alicui Syllogismo modi imperfecti concessis ejusdem Syllogismi præmissis. Hæc enim in tali casu probari potest, ac etiam solet per reductionem ostensivam talis Syllogismi ad Syllogismum perfectum, cui utpote clariùs concludenti conclusio non potest negari, nisi à valde rudibus & indoctis.

Praxis



Praxis hujus reductionis innititur doctrinæ jam aliàs demonstratæ, de conversionibus ac etiam Principio illi: quidquid inferitur ex consequenti legitime illato, idem bene inferitur & ex Antecedente, de quo Principio actum est num. 94.

Reductio ad impossibile est, quando negatâ consequentiâ Syllogismi in modo imperfecto facti per Syllogismum perfectum, ex præmissis necessario concedendis, inferitur contradictoria præmissæ priùs ab Adversario concessæ; seu est probatio Consequentiæ, quæ concessis præmissis in syllogismo modi imperfecti negaretur, est inquam probatio per deductionem Adversarii ad concedendas duas propositiones contradictorias, quarum una concessa fuit in concessis præmissis modi indirecti, altera inferitur ex præmissis, quas Adversarius tenetur admittere; idque inferitur per Syllogismum modi perfecti. Vg. si concessis præmissis Syllogismi *Baralipon*, negaretur Consequentia, & negans deduceretur per Syllogismum perfectum ad concedendam contradictoriam præmissæ priùs concessæ, diceretur tunc Syllogismus imperfectus in *Baralipon* reduci ad impossibile.

Regulæ Reductionis Syllogismorum imperfectorum ad impossibile, sequentibus versiculis proponuntur.

Major fit Minor, & fit contradictio Major.

Excipe *Celantes*, in quo pervertitur ordo.

Servat Majorem, variatque secunda Minorem.

Tertia Majorem variat, servatque Minorem.

Explicantur singulæ diversæ Regulæ. Dicitur imò. *Major fit Minor & fit contradictio Major*. Quod ita intelligendum est: si modum aliquem imperfectum unæ figuræ vis reducere ad impossibile: propositionem contradictoriam negatâ consequentiâ Syllogismi imperfecti (quæ contradictoria pro vera haberi, & ut talis concedi debet ab Adversario) debet assumere pro Majore, Minorem verò facies ex concessa Majore Syllogismi modi imperfecti; ex his præmissis per aliquem Syllogismum perfectum inferetur propositio, ex qua

Kk2

106  
Quid est reductio ad impossibile.

107  
Regulæ pro hac reductione exprimuntur versiculis.

Explicantur singulæ.

ipla

ipsa per legitimam consequentiam inferetur contradictoria concessæ Minoris.

Dicitur 2dò: *Excipe Celantes, in quo pervertitur ordo.* Quod sic intellige: in reductione ad impossibile modi indirecti *Celantes*, contradictoriam negatæ consequentiæ assume pro Minori, ex Minore verò concessa ejusdem Syllogismi *Celantes*, fac Majorem. Ex his præmissis sequetur conclusio, ex qua deinde legitimè inferetur contradictoria concessæ Majoris, dicti Syllogismi imperfecti *Celantes*.

Dicitur 3tio. *Servat Majorem, variatque secunda Minorem*, hoc est in reductione Syllogismorum figuræ 2dæ ad impossibile, Major debet esse eadem in Syllogismo perfecto, per quæ fit reductio, quæ est in syllogismo imperfecto 2dæ figuræ, qui reductur; pro minore ponenda est contradictoria negatæ consequentiæ, ex his præmissis inferetur contradictoria concessæ minoris.

Dicitur tandem: *Tertia Majorem variat, servatque Minorem*, hoc est: in reductione ad impossibile syllogismorum tertiæ figuræ, pro Majori debet assumi contradictoria negatæ consequentiæ, Minor debet esse eadem, quæ fuit syllogismi figuræ 3tiæ, qui reductur, & est concessa. Ex his præmissis inferetur vel contradictoria concessæ Majoris, vel propositio talis contradictoriæ illativa.

108  
Per hanc reductionem non statim immediatè per syllogismum inferitur contradictoria præmissæ concessæ.

108  
Noto, per reductionem ad impossibile non semper immediatè inferri contradictoriam concessæ alicujus præmissæ, ut facile ex dictis intelligi potest. Sed subinde inferitur aut propositio contraria talis præmissæ, ex qua deinde tanquam ejus subalternata inferitur ipsa contradictoria, aut certè inferitur talis propositio, ex qua per conversionem legitimam simplicem, vel per accidens deducitur convertens contradictoria unius præmissæ concessæ syllogismi imperfecti.

109  
Ut in praxi appareat hæc reductio, appono tabulam talis reductionis; ex qua patebit, in quo modo perfecto futuri sunt syllogismi, per quos reductio fiet ad impossibile. Pro hoc enim certa regula statui non potest.

Re.

## Reductio ad impossibile modorum indirectorum 1mæ figuræ.

|                         |                                                                                                   |                                                                                                                                  |                   |
|-------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------|
| Ba<br>ra<br>li<br>pton. | Omne bonum est amabile.<br>Omnis virtus est bona.<br>Ergo aliquid amabile est virtus.             | Nullum amabile est virtus.<br>Omne bonum est amabile.<br>Ergo nullum bonum est virtus.<br>Ergo aliqua virtus non est bona.       | Ce<br>la<br>rent. |
| Ce<br>lan<br>tes.       | Nullum malum est amandum.<br>Omne peccatum est malum.<br>Ergo nullum amandum est peccatū.         | Omne peccatum est malum.<br>Aliquod amandum est peccatum.<br>Ergo aliquid amandum est malum.<br>Ergo aliquid malum est amandum.  | Da<br>ri<br>i.    |
| Da<br>bi<br>tis.        | Omne bonum est amabile.<br>Alqua virtus est bona.<br>Ergo aliquid amabile est virtus.             | Nullum amabile est virtus.<br>Omne bonum est amabile.<br>Ergo nullum bonum est virtus.<br>Ergo nulla virtus est bona.            | Ce<br>la<br>rent. |
| Fa<br>pe<br>smo         | Omne bonum est amabile.<br>Nullum peccatum est bonum.<br>ergo aliquid amabile non est peccatum.   | Omne amabile est peccatum.<br>Omne bonum est amabile.<br>Ergo omne bonum est peccatum.<br>Ergo aliquid peccatum est bonum.       | Bar<br>ba<br>ra.  |
| Vri<br>se<br>smo.       | Aliquod bonum est amabile.<br>Nullum peccatum est bonum.<br>Ergo aliquid amabile non est peccatū. | Omne amabile est peccatum.<br>Aliquod bonum est amabile.<br>Ergo aliquid bonum est peccatum.<br>Ergo aliquid peccatum est bonum. | Da<br>ri<br>i.    |

## Reductio Ad impossibile Modorum 2dæ figuræ.

|                    |                                                                                                    |                                                                                              |                   |
|--------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------|
| Ce<br>fa<br>re.    | Nullum peccatum est bonum.<br>Omnis virtus est bona.<br>Ergo nulla virtus est peccatum.            | Nullum peccatum est bonum.<br>Alqua virtus est peccatum.<br>Ergo aliqua virtus non est bona. | Fe<br>ri<br>o.    |
| Ca<br>me<br>stres. | Omnis virtus est bona.<br>Nullum peccatum est bonum.<br>Ergo nullum peccatum est virtus.           | Omnis virtus est bona.<br>Aliquod peccatum est virtus.<br>Ergo aliquid peccatum est bonum.   | Da<br>ri<br>i.    |
| Fē<br>sti<br>no.   | Nullum peccatum est bonum.<br>Alqua virtus est bona.<br>Ergo aliqua virtus non est peccatū.        | Nullum peccatum est bonum.<br>Omnis virtus est Peccatum.<br>Ergo nulla virtus est bona.      | Ce<br>la<br>rent. |
| Ba<br>ro<br>co     | Omnis virtus est bona.<br>Aliquod peccatum non est bonum.<br>Ergo aliquid peccatum non est virtus. | Omnis virtus est bona.<br>Omne peccatum est virtus.<br>Ergo omne peccatum est bonum.         | Bar<br>ba<br>ra.  |

## Reductio ad impossibile modorum 3tiæ Figuræ.

|                   |                                                                                                           |                                                                                                                                                                         |                   |
|-------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------|
| Da<br>ra<br>pti.  | Omnis virtus est bona<br>Omnis virtus est amabilis.<br>Ergo aliquod amabile est bonum.                    | Nullum amabile est bonum.<br>Omnis virtus est amabilis.<br>Ergo nulla virtus est bona.<br>Ergo aliqua virtus non est bona.                                              | Ce<br>la<br>rent. |
| Fe<br>lap<br>ton. | Nulla virtus est inhonesta.<br>Omnis virtus est amabilis.<br>Ergo aliquod amabile non est inhonestum.     | Omne amabile est inhonestum.<br>Omnis virtus est amabilis.<br>Ergo omnis virtus est inhonesta.<br>Ergo aliqua virtus est inhonesta.                                     | Bar<br>ba<br>ra.  |
| Di<br>sa<br>mis.  | Aliqua virtus est laudanda<br>Omnis virtus est amabilis.<br>Ergo aliquod amabile est laudandum.           | Ergo omnis virtus est inhonesta.<br>Ergo aliqua virtus est inhonesta.<br>Nullum amabile est laudandum.<br>Omnis virtus est amabilis.<br>Ergo nulla virtus est laudanda. | Ce<br>la<br>rent. |
| Da<br>ti<br>fi.   | Omnis virtus est bona.<br>Aliqua virtus est amabilis.<br>Ergo aliquod amabile est bonum.                  | Nullum amabile est bonum.<br>Aliqua virtus est amabilis.<br>Ergo aliqua virtus non est bona.                                                                            | Fe<br>ri<br>o.    |
| Bo<br>car<br>do.  | Aliqua virtus non est inhonesta<br>Omnis virtus est amabilis.<br>Ergo aliquod amabile non est inhonestum. | Omne amabile est inhonestum.<br>Omnis virtus est amabilis.<br>Ergo omnis virtus est inhonesta.                                                                          | Bar<br>ba<br>ra   |
| Fe<br>ri<br>fon.  | Nulla virtus est inhonesta<br>Aliqua virtus est amabilis.<br>Ergo aliquod amabile non est inhonestum.     | Omne amabile est inhonestum.<br>Aliqua virtus est amabilis.<br>Ergo aliqua virtus est inhonesta.                                                                        | Da<br>ri<br>i.    |

120

Reductio ad impossibile innititur his Principiis, imò  
 Reductio ad illi, de quo num. 96. *Ex falsitate unius contradictorii rectè  
 impossibile inferitur veritas alterius*; ac etiam illi legi propositionum con-  
 tradictoriarum, de qua num. 122. *Disp. 2. Ex propositionibus  
 quibus infundatur principiis. contradictoriis, una necessario est vera, altera falsa.* 2dò, innititur il-  
 li Principio: *Si bona est aliqua illatio à contradictorio conse-  
 quentis, bene arguitur ad contradictorium Antecedentis*; de quo  
 num. 95. Quod Principium sic extendi potest: si à contradi-  
 ctorio alicujus consequentis bene arguitur ad contradictori-  
 um Antecedentis, hoc est: si ex contradictorio consequentis  
 per legitimam illationem inferitur contradictorium Antecedentis,  
 etiam ipsum consequens bene & rectè fuit illatum ex Antecedente.  
 3tò, Reductio hæc innititur illis principiis, quibus innititur vis  
 syllogistica modorum perfectorum, ac bonitas illationis per tales  
 modos. Conversio item legitima propo-

propositionum, & illatio convertentis ex conversa, tandem illatio propositionis particularis subalternæ ex sua universali. Ex his ipsis Principiis deduci facile potest bonitas consequentiæ in Syllogismis modorum imperfectorum.

### PUNCTUM III.

#### *De Oppositis Argumentationis.*

Opposita Argumentationis (intellige rectæ & legitimæ) sunt Syllogismi Sophistici, & quæcunque Argumentationes captiosæ, quæ videntur aliquid concludere & nihil concludunt. Alio nomine dici solent Sophismata, Fallaciæ & Paralogismi.

Fallaciæ hæc innumeræ sunt. Quorquot sunt rectæ Argumentationis fontes & genera, tot & longè plura sunt diversæ rationis Sophismata. Nullum siquidem sanæ doctrinæ genus est, quod multis modis depravari, & in malum detorqueri non possit. Percurre omnia bonæ argumentationis Capita, Leges & Principia: singulis his Sophista suas fallacias contegere & pro demonstrationibus venditare potest ac solet. Imò longè plures sunt deceptionis, quàm indagandæ veritatis modi.

III  
Fallaciæ multiplices.

Omnes nihilominus hujusmodi fallaciæ, quamvis ita multiplices, ad certas revocantur classes.

Nam imprimis Fallacia universalissimè dividitur in fallaciam dicti, & fallaciam extra dictionem. Fallacia dicti tota est in verbis & vocibus, jam in hac, jam in alia significatione acceptis.

Fallacia alia est dicti, alia extra dictionem.

Fallacia extra dictionem est, quæ infundatur rebus ipsis sibi aliquomodo vel similibus, vel aliquam aliam relationem ad se dicentibus.

Ipsa deinde fallacia dicti multiplex est. Imò enim est aliqua fallacia dicti, quæ oritur ex æquivocatione, estque tunc, dum Sophista utus termino æquivoco, quod uni alicui reiper terminum æquivocum significatæ convenit, id ipsum alteri rei

III  
Fallacia ex æquivocatione,

per

per eundem tetminum itidem significatæ attribuit, illicque convenire debere contendit. Talis fallacia est in hoc Syllogismo: *Gallus habet alas. Hic homo est Gallus. Ergo hic homo habet alas.*

113  
Ex amphibologia.

2dò. Alia est fallacia dicti, quæ oritur ex Amphibologia, est autem tunc: quando alicujus dictionis habentis sensum dubium & ambiguum, in Argumentatione significatio mutatur & variatur, sumiturque illa dictio, jam in hac, jam in alia significatione, & ab una arguitur ad aliam. Porro ambiguum sensum habere dicitur dictio, vel cum habet propriam duplicem significationem, vel cum habet unam significationem propriam, alteram metaphoricam infundatam alicui similitudini, & convenientiæ unius significati cum alio, in prædicato quopiam utrique communi. Quare, si dictionis habentis ejusmodi duplicem significationem, hæc ipsa varietur in aliquo discursu, erit tunc fallacia Amphibologiæ. Talis v.g: fallacia est, dum arguitur: *Qui liber est Aristotelis, ille non est liber tuus. Sed Dialectica Aristotelis quam emisti, est liber Aristotelis. Ergo Dialectica Aristotelis quam emisti, non est liber tuus.* Fallacia amphibologiæ ratione dictionis habentis significationem unam propriam, alteram metaphoricam, erit, si ita v.g: arguatur: *Omnis leo est animal rugibile. Vir fortis est Leo. Ergo vir fortis est animal rugibile.*

Perquid differt  
à fallacia æquivocationis.

Differt fallacia amphibologiæ à fallacia æquivocationis, vel per hoc, quòd fallacia amphibologiæ latius pateat, quàm fallacia æquivocationis; vel certè per hoc, quòd fallacia æquivocationis sit in voce res plures significante, ita, ut res illæ significatæ in solo nomine convenient; non habeant verò ullam rationem communem, per tale nomen significatam. Fallacia verò Amphibologiæ sit in voce & nomine, quod ita plura significat, ut illa plura habeant rationem tali nomine significatam aliquomodo eandem, vel partim eandem, partim diversam.

Fallacia ex-

Ad fallaciam Amphibologiæ vel æquivocationis revocari po-

ri potest fallacia ex mutata suppositione alicujus termini, si nimirum terminus aliquis accipiatur in una propositione in suppositione materiali, in altera, in suppositione formali. Item, si in una propositione terminus habeat suppositionem simplicem, in altera suppositionem personalem. Exempla talium fallaciarum habes num. 85. Disp. 1.

mutata suppositione.

3tiò. Fallacia dicti, est fallacia ex mutatis casibus, quæ tunc est, quando in una propositione alicujus Argumentationis aliqua dictio venit in casu obliquo, in altera, venit in recto non exigente talem mutationem formæ Argumentationis; & quod prædicatum affirmatur, vel negatur de re, uno casu expressa, hoc prædicatum affirmatur vel negatur de re per alium casum aliquomodo significatâ. Talis fallacia est, si dicatur: *Nulli domini sunt bruta. Hi equi sunt alicujus Domini. Ergo hi equi non sunt bruta.* Ad fallaciam dicti ex mutatis casibus, potest reduci fallacia ex iisdem, seu similibus casibus, v.g. ex duobus diversis casibus accusativis cum infinitivo conjunctis, ut cum dicitur: *Milonem occidisse Clodium.* Ignarus enim historię dubitare potest, an Milo occiderit Clodium, an Clodius Milonem.

114  
fallacia ex mutatis casibus.

4tò. Fallacia dicti est ex mutato accentu, quæ tunc propriè est, quando in Syllogismo Sophistico una eademque dictio accipitur jam sine accentu, jam cum accentu: quod fit cum in una propositione ponitur nomen, in altera ponitur adverbium eadem dictione expressum; talia enim adverbia cum accentu scribuntur, & per hunc differunt à nominibus. Talis fallacia ex. gr. est in hoc Syllogismo: *Fortè vinum est præstans vinum, Vinum multâ aquâ dilutum, est fortè vinum. Ergo vinum multâ aquâ dilutum est præstans vinum.*

115  
Fallacia ex mutato accentu.

Ad fallaciam ex mutato accentu reduci potest fallacia ex mutata quantitate Pœtica unius ejusdemque dictionis habentis duplicem talem quantitatem; cum præsertim talis quantitas accentibus exprimi, & significari solet. Est verò hæc fallacia

Ex mutata quantitate Pœtica.

cia tunc, quando in una propositione Syllogismi Sophistici, syllaba alicujus dictionis corripitur, in altera producitur, ita, ut hac ratione mutetur dictionis sic pronuntiatae significatio, quodve predicatum dicitur de re significata per dictionem uno modo pronuntiata, idem dicitur de re significata per eandem dictionem alio modo pronuntiata. Talis fallacia est in illo Syllogismo: *Qui leporem venatur, canibus venaticis illum insequitur. Tu super mensam lepores venaris. Ergo super mensam canibus eos insequeris.*

Ex mutata aspiratione.

Ad eandem fallaciam revocatur iterum fallacia ex mutata aspiratione, quæ tunc est, quando ratione addita, vel subtracta aspirationis significatio dictionis variatur: & quod dicitur de re significata per dictionem aspiratione affectam, idem dicitur de re significata per dictionem aspiratione carentem. Talis fallacia est in hoc Syllogismo: *Nulli homini est danda fides. Alicui homini est credendum. Ergo alicui, cui credendum est, non est danda fides.*

Ex mutatis interpunctionibus.

Potest adhuc ad fallaciam ex mutato accentu revocari fallacia ex mutatis interpunctionibus: dum una propositio diversos imò oppositos quandoque sensus facit, ob mutatas interpunctiones. Talis fallacia fuit in illius responso & consilio, qui consultus à quibusdam perduellibus an Princeps necandus esset? respondit: *Regem occidere nolite, timere bonum est;* quod responsum, si post *nolite*, interpunctio ponatur, est optimum & saluberrimum consilium; illo enim dissuadetur occisio Principis; si verò interpunctio ponatur primum post *ly timere*, est consilium inamanissimum & impium.

Ex mutato sensu serio vel irrisorio &c.

Tandem, ad fallaciam ex accentu mutato reducitur fallacia per hoc commissa, quod una propositio proferatur jam serio, jam irrisorie. Item nunc interrogatorie, nunc assertorie. Tales syllogismi sunt illi: *Qui laudatur passim ex ovium custodia, est bonus ovium Custos. Sed lupus hoc modo laudatur: de hoc enim dicitur, O! praeclarum ovium Custodem, ut ajunt lupum. Ergo lupus est bonus ovium Custos.* Item, *Qui* asserit



asserit te comedisse, testatur quod comederis. Sed qui te interrogat comedisti jam? asserit te comedisse. Ergo testatur quod comederis.

5to. Fallacia dicti, est fallacia ex compositione, & divisione: quæ tunc est, quando à sensu composito vero, arguitur ad sensum divisum falsum; vel à sensu diviso vero, ad sensum compositum falsum. Prioris fallaciæ exemplum habes: 116

*Nulla peccatrix est in celo. D. M. Magdalena est peccatrix. Ergo D. M. Magdalena est in celo.* Alterius fallaciæ hoc sit exemplum: *Quinque sunt duo & tria. Sed duo & tria sunt numerus par & impar. Ergo quinque sunt numerus par & impar.*

6to. Fallacia dicti est illa, quæ vocatur ex figura dictionis. Est verò tunc, quando Sophista similitudine vocum deludit audientem, proceditque ab uno genere ad aliud, ab uno prædicamento ad aliud diversum; ut si quis argueret: *Frons est generis masculini. Ergo frons non est generis feminini.* Vel si argueret: *Quales carnes emisisti, tales comedisisti. Sed crudas emisisti. Ergo crudas comedisisti.* In quo sophismate proceditur à prædicamento substantiæ, ad prædicamentum qualitatis; deluditque Sophista audientem dictione *quales carnes, tales &c.* diversimodè accepta, jam ad significandam differentiam substantialem, vel quasi substantialem, jam ad significandam qualitatem accidentalem. 117

Fallacia extra dictionem subdividitur iterum in plures species.

1mo. In fallaciam Accidentis, quæ est tunc, quando id, quod subjecto cupiam convenit ratione accidentis, tribuitur eidem subjecto simpliciter & secundum se sumpto. Talis fallacia est in hoc sophismate: *Animal est genus. Homo est animal. Ergo homo est genus.* 118

2do. Fallacia extra dictionem dividitur in fallaciam secundum quid, & simpliciter: quæ tunc est, quando arguitur à re accepta simpliciter, ad rem acceptam secundum quid, vel è con- 119

è contra. Talis fallacia est in hoc argumento: *Qui est niger non est albus. Ethiops est niger. Ergo Ethiops non est albus. Ergo non est albus secundum dentes.* Talis item est fallacia in hoc argumento: *Omnis homo est principium ratiocinationum. Sed homo pictus est homo. Ergo homo pictus est principium ratiocinationum.*

120  
Ex ignorantia  
Elenchi.

3tio. Dividitur fallacia extra dictionem in fallaciam, quæ dicitur ignorantia Elenchi. Hæc autem committitur tunc, quando Sophista infert contradictoriam propositioni concessæ, vultque evincere, ut & hæc sibi concedatur: quæ tamen non est verè contradictoria, ex eo, quòd deficiat in aliqua conditione ad veram contradictionem requisita. Talis fallacia esset, si quis argueret quòd *Petrus sit homo, & non sit homo*, diceretque *Petrus est homo*, ut asseris, *non est autem homo, quia non est Paulus.* Porro de quo negatur *esse Pauli*, de eo bene negatur *esse hominis*; de quo enim negatur unum ex identificatis, de eo negatur & negari debet aliud ex identificatis. *Sed esse Pauli & esse hominis*, sunt identificata. Ergo de quo negatur *esse Pauli*, de eo bene negatur *esse hominis*.

121  
Ex ignorantia  
regularum dia-  
lecticarum.

Ad hanc fallaciam potest revocari, vel certè hoc loco reponi fallacia ex ignorantia aliorum Principiorum, vel regularum Dialecticarum, quæ ignorantia potest inveniri vel in eo, quem Sophista suis captivibus vult decipere, vel in ipso Sophista, in quo hæc ignorantia potest quandoque verà, quandoque affectata esse. Talis fallacia esset, si Sophista diceret hanc propositionem: *Omnis homo est omnis homo*, esse identicam adeoque veram. Cui propositioni deinde subsumeret: *Sed Petrus est homo. Ergo Petrus est omnis homo.* Ergo *Petrus est & Petrus & Paulus & Joannes &c.* à taliter arguente committeretur fallacia ignorantie Doctrinæ Dialecticæ, quæ docet in propositione affirmativa prædicatum commune nec posse, nec debere distribui, sed debere illud accipi in suppositione disjunctiva; adeoque quòd secundum hanc doctrinam

illa propositio: *Omnis homo est omnis homo* ( nisi termini accipi-  
antur materialiter ) sit falsa, consequenter non sit identica.  
Talis item est fallacia in illo Syllogismo: *Omne animal ratio-  
nale non est lapis. Sed omnis & solus homo est animal ratio-  
nale. Ergo omnis & solus homo non est lapis.* In quo Syllo-  
gismo peccatur ignorantia, quod Minor hujus Syllogismi etiam-  
si videatur affirmativa, tamen ratione Pronominis exclusivi  
*solus*, sit partialiter saltem negativa; adeoque cum etiam Ma-  
jor sit negativa, ex talibus præmissis non potest quidquam  
inferri.

Ulteriùs talis adhuc fallacia est in hoc Syllogismo: *Om-  
ne animal rationale est vivens. Sed omnis & solus homo est  
animal rationale. Ergo omnis & solus homo est vivens.* Nam  
& in hoc Syllogismo peccatur ignorantia illius Principii sive  
Doctrinæ & Regulæ Dialecticæ, quod in consequenti non  
possit distribui terminus, qui non fuit distributus in præmis-  
sis; cui Doctrinæ quia contravenit adductus Syllogismus, ideo  
est vitiosus. In Majori enim affirmativa, *Omne animal ratio-  
nale est vivens*, prædicatum *vivens* non distribuitur, quod in  
conclusionem habente terminum exclusivum, adeoque inclu-  
dente propositionem negativam, necessario debet esse distri-  
butum. Plures tales fallacias detectas superiùs in variis lo-  
cis invenies, & multæ adhuc aliæ adduci possunt; quæ, si non  
poterunt commodè ad ullam aliam fallaciæ speciem revocari,  
ad hanc revocabuntur.

4to. Fallaciæ extra dictionem Species est illa fallacia,  
quæ dicitur *Petitio Principii*; est autem *Petitio Principii* tunc,  
quando in cursu Argumenti & Disputationis, propositio ali-  
qua assumpta in probationem cujuscumque veritatis, probatur per  
illam ipsam veritatem; quæ probanda fuit. Per illam ipsam  
vel iisdem terminis, vel Synonymis significatam, simulque aliun-  
de ignotam. *Petitio Principii* alio nomine dici solet *Circu-  
lus vitiosus*.

Ad hanc fallaciam revocatur illa Argumentatio, in qua  
pe

122  
Petitio Princ  
pii.

per univēſale probatur ipſius inferius, per genus probatur ſpecies, vel individuum; ut ſi quis argueret; *Animal eſt homo. Sed Petrus eſt animal. Ergo Petrus eſt homo.* Huc item revocatur fallacia illa, in qua unum correlativum probaretur per aliud correlativum æquè ignotum. Ut ſi quis probaret; *Paulum eſſe Patrem Joannis,* per hoc, quòd *Ioannes ſit Filius Pauli,* quod ipſum non eſſet aliunde notum.

123  
Fallacia confe-  
quentis.

123. Fallaciæ extra dictionem ſpecies eſt fallacia confequentis, quæ tunc eſt, cum quis ex confequente bonæ illationis inferat Antecedens ejuſdem, quod inferri non poteſt, v.g. ex propoſitione particulari ſubalternata, inferat propoſitionem univēſalem ſubalternantem; ex convertente per accidens, inferat propoſitionem converſam; vel quando ex oppoſito Antecedentis aliquis putat ſe poſſe inferre ac etiam inferat oppoſitum confequentis, quemadmodum ex oppoſito Conſequentis bene inferatur oppoſitum Antecedentis. Talis fallacia committeretur, ſi quis conſeſſum habens hoc Enthymemata; *Eſt homo. Ergo eſt animal;* vellet arguere reciproçè, *Eſt animal. Ergo eſt homo;* vel ab oppoſito Antecedentis argueret ad oppoſitum Conſequentis; *Non eſt homo. Ergo non eſt animal.*

124  
Fallacia cauſæ  
non cauſæ.

124. Fallaciæ extra dictionem eſt illa, quæ dicitur cauſæ non cauſæ. Eſt verò hæc fallaciæ tunc, quando pro cauſa alicujus effectus affertur id, quod non eſt verè cauſa ejuſdem; ut cum dicitur; *Scientia multos mortalium deduxit ad inferos. Ergo non eſt comparanda.*

125  
Fallaciæ pluri-  
um interroga-  
tionum.

125. Tandem ſpecies fallaciæ extra dictionem eſt fallaciæ, quæ dicitur plurium interrogationum. Eſt verò tunc, cum Sophiſta plures diverſas interrogationes conjungit in unam, quæ diverſis egent reſponſionibus, & interim ad omnes vult ſibi unica reſponſione reſponderi, idque per unam dictionem vel affirmativè per verbum *eſt,* vel negativè per verbum *non eſt.* Ac tum deinde arguit contra reſpondentem. Talis fallaciæ eſſet, ſi quis quæreret; *Angelus eſtne ſpiritus juvenis alatus?* velletque ad talem interrogationem ſibi reſponderi una voce vel affirmati-

affirmativè per verbum *est*, vel negativè per verbum *non est*; & obtenta tali responsione argueret contra responsionem affirmativam datam per verbum *est*, inferendo: *Ergo Angelus si est juvenis, non est creatus ab initio mundi; si est alatus, non est spiritus.* Contra responsionem verò negativam datam per verbum *non est*, inferendo: *Ergo negas Angelum esse spiritum.*

Ad has fallacias detegendas & dissolvendas bene instructum & præparatum oportet esse Philosophum, qui inoffenso pede in scientiis & concertationibus vult progredi, & quasvis difficultates gloriose superare. Turpe enim est illis, qui ingenio certant (quod veteranis etiam Philosophis subinde accidit) Sophisticis captionibus irretiri, nec se posse ab his retibus liberare. Porro ut quævis fallaciæ dissolvantur, hæc observanda & præstanda erunt.

126

Imò. Advertendum est ad illud. Fallacia quæ opponitur, ad quod genus vel speciem fallaciarum pertineat? An imprimis sit fallacia dicti, an fallacia extra dictionem? si fuerit fallacia dicti, Sophista, qui eam proponit, ne de voce sit litigium, rogandus erit, ut à voce æquivoca, vel amphibologica, vel accentum mutante &c. absteat, & locò talis vocis, utatur alio termino synonymo; atque sub tali termino Argumentum proponat & promoveat, si vim aliquam habere & promoveri poterit. Quod si non poterit, faciliè is ipse, qui illud opponit advertet, quàm inane nec Philosopho dignum sit suum Argumentum. Si verò fuerit fallacia extra dictionem, videndum erit ulterius ad quam speciem talis fallaciæ illa, quæ proponitur pertineat, aut revocari debeat; an ad illam, quæ est à causa non causa, an ad hanc, quæ est fallacia Consequentis, an ad illam, quæ est ignorantia Elenchi &c. Poterit enim id modestè insinuari opponenti talem fallaciam, dicendo v.g. Hoc Argumentum est ab ignorantia Elenchi, vel est Argumentum à causa non causa &c. Ut opponens hinc intelligat ad suas adverti fallacias, nec eas à respondente ignorari, adeoque ut minus fidat & tribuat suo illi Argumento.

127

Fallacia dicti bene dissolvitur per mutationem captionis dictionis.

Species fallaciæ indicanda est Sophistæ, qui illam opponit.

add.

128  
 Ut dissolvantur  
 sophismata bene  
 scienda principia  
 & regulæ Dialecticæ.

2dò. Bene scienda & memoriâ tenenda sunt præcepta, regulæ sive leges, & quævis principia dialectica, idque non superficiei tenus, sed ex fundamentis hæc sciri debent; ut in occurso dissolvendæ fallaciæ, statim menti occurrat præceptum, regula, principium, contra quæ, per fallaciam delinquitur; ut item occurrat ratio, cui talis regula sive lex innititur; ex ratione enim hujusmodi facile patebit verus regulæ sensus: patebit item per quem sensum & intelligentiam lex ipsa corrumpi ac depravari potest, & defacto per hanc, vel illam fallaciam depravatur. Ad hæc qui advertit, is facile sophisma cognoscere, & cognitum dissolvere poterit. Porro fit frequenter, ut unum idemque sophisma non contra unam legem, sed contra plures simul peccet. Quod ipsum Sophistæ aperiri jurebit.

129  
 Retorquendū  
 argumentum in  
 Sophistam,  
 dum retorqueri  
 potest.

3tò. Etiam id diligenter observandum est, an obijciens sophisticum Argumentum non teneatur ipse sibi solvere. Videndum nimirum est, an telum hujusmodi, quod contra te vibravit, in ipsum, qui eo utitur contorqueri non possit, & per retorsionem aptè propositam obverti, simili omnino argumento utendo, eoque impugnando Doctrinam Adversarii seu veritatem, quam ipse admittit vel admittere tenetur.

130  
 Syllogismus  
 sophisticus potest  
 negari consequentia.

4tò. Cuius Syllogismo Sophistico optimè negari potest Consequentia. Tales enim Syllogismi aut constant quatuor terminis, aut consequentiam ex negativis vel particularibus inferunt; aut in conclusione distribuunt terminum communem, qui in nulla præmissa est distributus, aut alio simili vitio laborant, quod subvertit formam syllogisticam, quominus tales Syllogismi rectè concludant. Ad negandam tamen consequentiam talibus syllogismis, non descenditur nisi rarissimè & non nisi tunc, quando vitium formæ manifestum est, & quando alia via sophisma dissolvi non potest. Dum distinctio-  
 ne dissolvi potest, quomodo dissolvi possunt illi Syllogismi Sophistici, in quibus unius ejusdemque termini mutatur significatio, variatur suppositio, non servantur eadem proprietates

Quando id faciendum est?

Plerumque capiosum argumentum distinguere debet.

tates Status, Ampliationis, Restrictionis, Diminutionis, Alienationis, Appellationis; talium Syllogismorum non negatur consequentia propter declinandas offensiones & contentiones, sed recurritur ad distinctionem, per quam explicatur diversa significatio alicujus termini, variata suppositio formam Syllogismi vitians, permutatio aliarum proprietatum, talique distinctione sophisma dissolvitur.

Itò, tandem in quibusdam fallaciis, & sophismatibus suppositum negari oportebit; aliqua enim sophismata suppositione falsa laborant, eaque supponunt, quæ supponi non debent. Et sic fallaciæ Consequentis negandum est suppositum, quòd semper valeat, aut valere possit illatio reciproca à consequente ad Antecedens, vel ab opposito Antecedentis ad oppositum consequentis; etiam si per leges Dialecticas valeat Consequentia ab opposito consequentis ad oppositum Antecedentis. Pariter fallaciæ plurium interrogationum negandum est suppositum, quòd hæc tales complectatur interrogationes, quibus una eademque responsione satisfieri debeat. aut possit, cum subinde una repugnet alteri; ut ex dictis num. 125 facile intelligitur. Hoc modo possunt dissolvi etiam illa sophismata, quæ manifesto formæ vitio laborant, negando nimirum suppositum; quòd si tale vitium interveniat, Syllogismus rectè concludat v.g.: quòd liceat argumentari à termino communi non distributo ad distributum, vel quòd ex particulis aut negativis sequatur aliquid vi formæ. Idque hoc suppositum quantum fieri poterit præmissis potius est negandum, quàm ipsi Conclusioni syllogismi vitiosi. Hac respondendi ratione non ita offendetur Oppugnans, atque offendi solet, dum concessis præmissis, suo argumento negatur consequentia.


Et hæc, non solum de oppositis Argumentationis in hoc Puncto, sed etiam toto hoc Tractatu de universa Dialectica, dicta & proposita sufficiant. Per hæc bene cognita, & ad praxim continuo usû deducta, ad ultiores scientias, i-

131  
Suppositum  
quibusdam so-  
phismatibus  
negandum.

psam nimirum Philosophiam & Theologiam perfectiùs comparandas, facilis patet accessus. Modus item idoneus habetur confutandi errores plerosque hæreticorum, & quorùvis Fidei Orthodoxæ hostium, fallacias etiam quascunque, quas contra sacra dogmata proponere solent, detegendi & dissolvendi, & illarù dissolutione propugnandi ea, quæ Sancta Romana Catholica Ecclesia infallibilis Fidei Regula & Magistra, docet & credenda proponit.

DEUS Optimus faciat, ut utrumque eum, finem vili hoc labore consequar. Et ut omnia & singula cedant

Ad ejusdem DEI Optimi Maximi Majorem semperque Majorem Gloriam. Et Matris DEI Pretiosissimæ, ac Sanctorum Omnium Cultum & Venerationem.





# ELENCHUS DISPUTATIONUM ET QUESTIONUM IN HOC TRACTATU CONTENTARUM.

DISPUTATIO Ima de 1ma Intellectus nostri Operatione, seu de terminis.

QUESTIO 1. Quid est terminus?

QUESTIO 2. Quotuplex est terminus?

Punctum 1. Aliquæ Species termini explicantur.

Punctum 2. Aliæ Species termini proponuntur.

Punctum 3. De reliquis termini speciebus.

QUESTIO 3. Quæ sint Proprietates terminorum?

Punctum 1. De Suppositione terminorum.

Punctum 2. De Ascensu à termino communi & de Descensu.

Punctum 3. De reliquis termini proprietatibus.

DISPUTATIO II. De 2da Intellectus Operatione, seu de Propositione.

QUESTIO 1. Quid sit Propositio?

QUESTIO 2. Quotuplex est Propositio?

Punctum 1. Quotuplex Propositio ratione Materiæ & Formæ?

Punctum 2. Quotuplex Propositio ratione Quantitatis & Qualitatis?

Punctum 3. De Definitione & Divisione.

QUESTIO 3. De Proprietatibus Propositionum.

Punctum 1. De Oppositione propositionum.

Punctum 2. De Æquipollentia Propositionum.

Punctum 3. De Conversione propositionum.

DISPUTATIO III. De 3tia Intellectus Operatione seu de Argumentatione.

QUESTIO 1. Quid sit Argumentatio?

QUESTIO 2. Quotuplex est Argumentatio?

Punctum 1. Aliquæ species Argumentationis explicantur.

Punctum 2. De Syllogismo ejusque Divisione ratione Materiæ.

Punctum 3. De Divisione Syllogismi ratione formæ, ejusque constructione.

QUESTIO 3. De proprietatibus & Oppositis Argumentationis.

Punctum 1. De proprietatibus omni Argumentationi communibus.

Punctum 2. De proprietatibus Syllogismorum imperfectorum seu de reductionibus.

Punctum 3. De Oppositis Argumentationis seu de fallaciis.

# INDEX RERUM NOTABILIORUM.

*Primus numerus marginalem numerum, 2dus Disputationem indicat.*

## A

- Accidens, unum ex prædicabilibus quid sit? num. 51. Disp. 1.  
Actio quid? 53. 1.  
Actus Intellectus significant se ipsos. 65. 1.  
Equipollentia propositionum quid sit? 133. 2. Quotuplex? 134.  
2. Equipollens uni contradictoriæ ex altera, quomodo fieri debeat 135. 2.  
Quomodo item ex una contraria equipollens alteri? 136. 2. Tandem ex una Subalterna alteri equipollens qua ratione fiat? 137. 2. Equipollentes quarum propositionum dari possunt? 139. 2.  
Alienatio quid est? 112. 1.  
Ampliatio quid & quotuplex? 109. 1.  
Appellatio quid est? quid Appellatio materialis? quid formalis? 113. 1.  
Apprehensio simplex quid sit? post titulum Disp. 1.  
Arguitur aliter à toto essentiali ad suas partes, & aliter à toto potestativo ad partes potestativas. 107. 2.  
Argumentationis definitiones. 1. 3. Argumentatio & Argumentum per quid differant? 2. 3. Argumentationis materia *ex qua*. Alia proxima, alia remota. 3. 3. Materia circa quam ibidem. Argumentatio constituitur solâ Materiâ *ex qua*. 3. 3.  
Ascensus à termino communi quid sit? 88. 1. Alius affirmativus, alius negativus. 90. 1. Ascensus à subjecto, ascensus à prædicato propositionis. 92. 1. Ascensus Collectivus, 94. 1. Distributivus. 95. 1. Disjunctivus. 96. 1. Determinatus & indeterminatus. 97. 1. Ascensus debet esse progressio ad terminum communem ab inferioribus sufficienter enumeratis. Quæ aliquando debent enumerari omnia, saltem sub clausula generali; in aliquo ascensu possunt non enumerari omnia 68. 1. Ascensus & Descensus respondent suppositioni termini communis. 100. 1. Ascensus à sensu distributivo ad collectivum communiter non valet. Valet tamen aliquando, pro quo regula statuitur. 101. 1.  
Assensus & Dissensus sunt 2da Intellectus Operatio. Alius est directus

# INDEX RERUM

Etus, alius reflexus; in ingressu Disp. 2. & iterum num. 16. 3. Assentimur & dissentimur objecto idque per propositionem, assentimur per propositionem affirmativam, dissentimur per negativam. 16. 3. non solum propositioni formali, sed etiam objectivæ; huic per assensum directum, illi per assensum reflexum. 16. 3. Assentimur item identitati & extremorum conclusionis inter se, & eorundem extremorum cum medio. Ibidem.

## C.

Causalis Propositionis Qualitas. 64. 2. Causalis Propositio quænam sit vera? 77. 2.

Causalis Syllogismus. 25. 3. dici potest quòd non sit dialecticè talis, est tamen Argumentatio rectè concludens. Equivalet Syllogismo perfecto. Complectitur Enthymema & Syllogismum. Ipsum rectè concludere deducitur. 25. 3. Quibus principiis innititur. Specialis regula pro tali Syllogismo. 82. 3.

Complexæ propositiones quæ affirmativæ? quæ negativæ? 62. 2. Aliquæ sunt partim affirmativæ, partim negativæ. 63. 2. Possunt habere quadruplicem oppositionem. 113. 2. Complexarum æquipollentes quomodo faciendæ. 140. 2. Conversio earundem. 165. 2.

Complexi syllogismi quibus nituntur principiis. 80. 3.

Conclusio sequitur debiliorem partem. 66. 3. In conclusione duo sunt: Consequens & Consequentia. 5. 3.

Concretus terminus potest sumi vel specificativè, vel reduplicativè; quid est illum taliter sumi? 41. 2.

Consequens & Consequentia quo differunt? Consequens potest esse verum, Consequentia falsa. Est falsa quando inferitur ex præmissa saltem una falsa. Potest esse legitimè illata, etiamsi non sit vera. 5. 3. Consequentia dum negatur non semper negatur consequens. 6. 3. Consequens distinguitur non Consequentia; redditur hujus ratio. Non negatur tamen consequens, sed consequentia. 7. 3. Consequentia dividitur in materialem & formalem. 8. 3. Si Consequens est legitimè illatum ex Antecedente, quidquid inferitur ex tali consequente, id ipsum bene inferitur etiam ex antecedente. 94. 3. Consequens bene inferitur ex illa veritate, ex qua deducitur

Mm3

Antece-

# INDEX RERUM

Antecedens 94. 3. A Consequentis contradictorio valet illatio ad contradictorium Antecedentis. 95. 3.

Construi Syllogismus quomodo debeat, imprimis in aliquo modo directo imæ figuræ. 36. 3. Deinde in modo indirecto ejusdem Figuræ. 37. 3. In figura Galeni. 38. 3. In modo aliquo figuræ 2dæ. 39. 3. Tandem in modo figuræ 3tiæ. 40. 3. Constructionis talis, regulæ pro tribus figuris. 41. 3. Constructio & Artificium Syllogismi innititur Principio: *Dici de omni &c.* 42. 3. Tum etiam illi principio: *Qua sunt eadem uni tertio &c.* 43. 3. Constructio hæc deducitur ex primo illo, *Dici de omni* 44. 3. Deducitur ex altero, *Qua sunt eadem &c.* 45. 3.

Contingens vel necessarium potest sequi ex contingente. 92. 3.

Contradictoriæ propositiones sunt de eodem objecto, non sunt verò in eadem materia. Hos terminos in sensu Philosophorum intelligendo, dum una ex contradictoriis est in Materia necessaria, altera in Materia impossibili, & è contra. 70. 2. Ut contradictoria cuius propositioni assignetur, quid faciendum? 117. 2. Contradictoriæ propositiones debent habere idem prædicatum & subjectum, quo sensu & qua ratione? debent item esse de eodem objecto tali identitate, quæ stet cum repugnantia in Quantitate & Qualitate, quam habere debent. 118. 2. Non debent in illis variari adverbia, Casus obliqui &c. 119. 2. Una non debet plus affirmare vel negare, quam sit necesse ad falsificandam aliam 121. 2. Ex Contradictoriis una debet esse vera, altera falsa. 122. 2. Ut contradictoriæ aliquæ propositiones sint tales, sibi que contradictoriè opponantur, debet aliquando mutari syncategorema casus obliqui. 123. 2.

Contrariæ propositiones debent ambæ esse universales: una affirmativa, altera negativa. 124. 2. Non possunt ambæ esse veræ, possunt ambæ esse falsæ; potest item una esse vera, altera falsa. 125. 2. Contrariæ una infert contradictoriam alterius contrariæ 126. 2.

Conversio propositionis quid sit? 141. 2. Alia est legitima, alia illegitima. 142. 2. Conversionis legitimæ species sunt: Conversio simplex. 143. 2. Conversio per accidens. 144. 2. & Conversio per contrapositionem. 145. 2. Regulæ pro conversione simplici. 146. 2. Conversio simplex propositionis universalis negativæ demonstratur. 147. 2. Conversio simplex

## INDEX RERUM

plex propositionis universalis negativæ demonstratur. 147. 2. Conversio simplex propositionis particularis affirmativæ demonstratur. 148. 2. Regula pro conversione per accidens. 149. 2. Conversio per accidens propositionis universalis negativæ demonstratur. 150. 2. Conversio per accidens propositionis universalis affirmativæ itidem demonstratur. 151. 2. Regula pro conversione per contrapositionem. 152. 2. Conversio hæc propositionis universalis affirmativæ demonstratur. 153. 2. Demonstratur conversio per contrapositionem propositionis particularis negativæ. 154. 2. Converti secundum regulas communes non possunt propositiones, quæ habent prædicatum singulare; hæc quomodo converti debeant? 155. 2. Conversio simplex & per accidens sunt conversiones formales, ibidem. Conversiones aliquæ difficiliore. 156. 2. Conversiones simplices sunt mutua, ratione id ipsum ostenditur. 157. 2. Conversiones per accidens non sunt mutua, ratione id probatur, & objectio solvitur. 158. 2.

In copulam exercitè sumptam non resolvitur, in copulam materialiter sumptâ resolvitur propositio. 10. 1. Copula est pars *ut quo* propositionis. 4. 2.

Copulativa Propositio habet Quantitatem universalem. 54. 2. Ut sit vera quid requiratur? 76. 2. Copulativa Propositio conjungens simplices, unam affirmativam, alteram negativam; contradictoriè opposita propositioni disjunctivæ, complectenti similes propositiones, quomodo in qualitate pugnat cum eadem? 114. 2.

Copulativus Syllogismus quid est? 25. 3.

### D.

Definitio quid est? 79. 2. Alia est nominis, alia rei. 80. 2.

Definitio essentialis quæ? 81. 2. Quæ accidentalis? 82. 2. Quæ causalis? Definitio causalis potest esse vel per unum genus causæ, vel per plura. 83. 2. Definitio per causam finalem quo sensu dicitur essentialium optima? 83. 2. Definitio debet explicare essentiam rei. 84. 2. Debet constare genere proximo, differentiâ ultimâ. 85. 2. Non debet deficere in claritate. 16. 1. Debet esse clarior suo definito. 87. 2. Debet converti cum suo definito, quo sensu hæc lex sit intelligenda. 88. 2. Definitio alia objectiva, alia formalis. 89. 2. Definitionem non debet ingredi definitum. 91. 2. Definitio non debet esse per particulas disjunctivas.

## INDEX RERUM

- Activas. 92. 2. Definitio rei positivæ debet esse per conceptum positivum. 93. 2. In Definitione nihil debet esse superfluum, nihil deesse necessarium. 24. 2. Definitio termini est per prædicata imò essentialia termini. 17. 1. In Denominatione omni interveniunt subjectum & forma. 114. 1. Descensus ad terminum communem quid sit? 89. 1. Alius affirmativus, alius negativus. 91. 1. Alius descensus à subjecto, alius à prædicato propositionis. 93. 1. Descensus distributivus. 95. 1. Disjunctivus. 96. 1. Determinatus & indeterminatus. 97. 1. Descensus distributivus potest fieri etiam ad unum inferius. 99. 1. Descensus à prædicato communi propositionis affirmativæ, qualis & quomodo instituendus? 102. 1. Descensus negativus quomodo instituendus? Descensusi negativo distributivo debet aliquando conjungi descensus disjunctivus. 103. 1. Non debet tamen conjungi semper. 104. 1. Descensus à subjecto habente suppositionem indeterminatam, quomodo instituendus? 105. 1. Descensus à prædicato infinitante debet esse partim affirmativus, partim negativus. 106. 1. Descensus talis fieri potest etiam tunc, dum, termini transcendentés infinitantur. 107. 1. *Dici de omni dici de nullo:* compleri debet ut sit principium, & quomodo? 87. 1. Differentia quid sit? 51. 1. Quare se habeat per modum partis formalis in toto essentiali Metaphysico? 52. 1. Differentia una eademque uno respectu est ultima, alio diverso respectu potest dici ima. 85. 2. Dilemma quid sit, & quomodo explicetur? 13. 3. Diminutio quid est? 110. 1. Per quid differt à Restrictione? 111. 1. Disjunctiva propositio habet quantitatem particularem. 54. 2. Ut sit vera quid requiritur? 75. 2. Ex disjunctivis propositionibus factæ illationes quibus nituntur principiis? 81. 3. Dissensus, vide superius Assensus. Diversa hæc Philosophicè sunt: Propositiones aliquas esse de eodem Objecto, & esse illas in eadem Materia. 70. 3. Divisio quid sit? 96. 2. Quid Divisio nominis? quid Divisio rei? 97. 2. Divisio potestativa 98. 2. Essentialis ejusque species. 99. 2. Divisio accidentalis 100. 2. Divisio integralis ejusque species, 101. 2. Dividens membrum non debet adæquare, nec excedere divisum seu totum. 102. 2. Dividentia membra omnia

## INDEX RERUM

omnia simul sumpta debent adæquare divisum. 103. 2. Divisio debet fieri in membra, quæ continentur in diviso. 104. 2. Dividens unum membrum non contineat aliud. 105. 2. Divisio fiat in membra paucissima & proxima. 106. 2. Divisio & Definitio quomodo spectant ad eandem Intellectus Operationem. Sunt instrumenta sciendi. 78. 2.

### E.

Enthymema quid est? 10. 3. In aliquo Enthymemate reticetur propositio tertia Syllogismi, non tamen in omni. 10. 3. In quo propositio una reticetur, dicitur Enthymema argumentativum; huic si negeretur consequentia, debet reduci ad Syllogismum perfectum, per expressam positionem Propositionis quæ reticetur. 10. 3.

Essentia Metaphysica rei constituitur genere & differentiâ. 52. 1.

Exceptiva Propositio quid sit. 34. 2. Alia est de subjecto excepto, alia de prædicato excepto. Quomodo hæc exponantur. 34. 2. Exceptiva particula potest accipi in Propositione vel ampliativè, vel exclusivè. 35. 2. Exceptivæ propositiones habent ambiguum sensum, & quid agendum? 37. 2. Exceptiva propositio per quid differat ab exclusiva? 36. 2.

Exclusiva propositio quid sit? alia de subjecto excluso, alia de excluso prædicato. Exclusivæ quomodo exponi debent? 33. 2.

Exemplum quid sit. 11. 3.

Exponibilis propositio quid est? & quæ tales propositiones? 32. 2.

Contradictoriæ Exponibilem, nimirum exclusivarum, exceptivarum, reduplicatarum, sunt etiâ exponibiles, eaq; exclusivæ, exceptivæ, reduplicativæ. Tales propositiones vocantur negativæ de signo, aliæ vocantur affirmativæ de signo. Quomodo utræque exponi debeant? 42. 2. & iterum. 114. 2. Exponibilem quantitas ea est, quæ exponentium. Affirmativæ de signo sunt universales. Negativæ de signo, in sensu contradictorio priorum propositionum acceptæ, sunt particulares. 55. 2. Exponibilem qualitas quæ, & unde cognosci debeat? 65. 2. Veritas illarum unde cognoscenda? 78. 2. Exponibiles propositiones possunt habere quadruplicem oppositionem. 114. 2.

Expositorii Syllogismi bonitas quibus principiis innititur. Principium *Dici de omni*, per respectum ad tales Syllogismos, quomodo intelligi debeat? 68. 3. Expositorii Syllogismi medius terminus qualis esse de-

## INDEX RERUM

beat? ibidem. Ex utraque præmissa particulari potest deducere suam conclusionem, cujus ratio redditur. 68. 3. In expositorio Syllogismo 2dæ figuræ non debet esse ulla præmissa negativa. 69. 3. Potest tamen esse & est in quibusdam syllogismis expositoriis. 70. 3. In expositoriis syllogismis 1mæ & 2dæ figuræ major non debet esse universalis. 71. 3. Expositorii syllogismi præmissa singularis non est debilior quàm particularis, nec è contra; unde ex talibus præmissis conclusio infertur quandoque particularis, quandoque singularis. 72. 3. Expositorii Syllogismi rectè concludunt, licèt non sint in ullo modo ex modis communibus. Unde habeant quòd sint in hac, vel illa figura? 72. 3.

Extremum cur ponatur in Definitione termini? 8. 1. Extremum majus & minus qui termini appellantur, & quare? 62. 1.

### F.

*Ly factum est nihil*, quomodo intelligi debeat? 25. 1.

Fallaciæ multiplices, alia fallacia dicti, alia extra dictionem. 111. 3.

Fallacia ex æquivocatione. 112. 3. Fallacia ex Amphibologia, ex mutata suppositione. 113. 3. Fallacia ex mutatis casibus. Item ex iisdem casibus. 114. 3. Ex mutato accentu, ex mutata quantitate Pœtica, ex mutata aspiratione, ex mutatis interpunctionibus, ex mutato modo locutionis irrisorio, serio &c. 115. 3. Fallacia ex compositione & divisione. 116. 3. Fallacia ex figura dictionis. 117. 3. Fallacia extra dictionem. Alia est fallacia accidentis. 118. 3. Alia secundum quid & simpliciter. 119. 3. Alia ex ignorantia Elenchi. 120. 3. Alia ex ignorantia aliarum legum Dialecticarum. 121. 3. Alia petitio principii. 122. 3. Alia fallacia Consequentis. 123. 3. Alia fallacia causæ non causæ. 124. 3. Alia fallacia plurius interrogationum. 125. 3.

Fallaciæ quomodo dissolvantur? Fallacia dictionis dissolvitur per mutationem dictionis captiosæ. 127. 3. Fallaciæ species indicari potest Sophistæ, ibidem. Ut fallaciæ quæcunque dissolvantur, memoriâ bene tenendæ regulæ & principia Dialectica. 128. 3. Fallacia indirectè dissolvitur per retorsionem argumenti. 129. 3. Fallaciæ cuius per Syllogismum propositæ, potest negari consequentia; non est tamen id communiter faciendum, plerumque ad fallaciam per distinctionem responderi convenit. 130. 3. Multæ fallaciæ dissolvendæ sunt per negationem suppositi quo laborant. 131. 3.

Falsa



# J N D E X R E R U M

Falsa propositio quæ sit? 66. 2. Alia est essentialiter falsa, alia contingenter falsa. 67. 2.

Falsificans se ipsam propositio quæ dicitur? 67. 2.

Ex falsitate unius contradictorii bene inferitur veritas alterius & e contra. 96. 3.

Ex falso potest sequi aut falsum, aut verum. 88. 3.

Per Figuram quid intelligi debeat? 32. 3. Figuras Syllogismi quot assignat Aristoteles? 29. 3. Figura Galeni quæ sit? 30. 3. Figura ima quid sit? quid figura 2da? quid figura 3tia? 31. 3. In figuræ imæ modis directis quare major debeat esse universalis? 57. 3. Quare item minor debeat esse affirmativa? 60. 3. In figura 2da quare una præmissa debeat esse negativa? 58. 3. Quare item major debeat esse universalis? 61. 3. In figura 3tia quare minor debeat esse affirmativa? 62. 3. Quare item conclusio debeat esse particularis? 63. 3.

Forma Propositionis quæ sit? 8. 2. Forma Argumentationis quid sit? 9. 3. Forma Syllogismi quæ? 19. 3. Constat figura & modo. 28. 3.

## G.

Genus quid est? 51. 1. Genus quare dicitur habere se per modum partis materialis in toto essentiali Metaphysico? 52. 1.

## H.

Habitus quid est? 53. 1.

Hypothetica propositio quid est? 15. 2. Constat conditione & Conditionato seu Antecedente & Consequente. 16. 2. Non est Discursus formalis. 17. 2. Æquivaleret propositioni absolutæ, & cui? 18. 2. In Hypothetica propositione maximè attenditur ad connexionem conditionis cum conditionato. 19. 2. Hypothetica propositio alia est de conditione secundum se necessaria, alia de conditione secundum se impossibili, alia de conditione contingente. 20. 2. Rursus Hypothetica alia est de conditionato secundum se necessariò, alia de conditionato secundum se impossibili, alia de conditionato contingente. 21. 2. Hypothetica adhuc alia est de necessaria Connexione Conditionis cum Conditionato, alia de connexionè impossibili, alia de connexionè aut potius conjunctione contingente Conditionis cum Conditionato; eaque vel tali, ut conditio pertinenter se

## INDEX RERUM

habeat ad conditionatum. vel tali, ut conditio habeat se disparatè  
22. 2. Præterea Hypothetica propositio alia est causalis, alia rationalis,  
alia merè conditionalis. 23. 2.

Hypotheticæ propositiones eam habent Quantitatè, quam abso-  
lutæ, quibus æquivalent. 53. 2. Quæ ex illis affirmativæ? quæ negativæ?  
60. 2. Unde talium propositionum veritas habetur? 75. 2. Hypothe-  
ticæ reductæ ad absolutas de subiecto communi, possunt habere quadra-  
plicem oppositionem. Non reductæ, vel reductæ ad absolutas de subiecto  
singulari, possunt habere quadruplicem oppositionem de lege. 115. 2. Hy-  
potheticarum propositionum Conversio. 164. 2.

Hypotheticorum Syllogismorum leges. 78. 3. Principia quibus  
innituntur, & aliquæ Hypotheticæ argumentationes rectæ adducuntur. 79. 3.

### I.

Identitas convenit Definitioni objectivæ cum definito objectivo. 90. 2.  
Identitas prædicati cum subiecto, est fundamentum conversionis simplicis  
propositionis particularis affirmativæ. 148. 2. Identitas prædicati cum  
subiecto inter extrema propositionis universalis affirmativæ, cujus conver-  
sionis est fundamentum num. 158. 2.

Ex impossibili potest sequi vel impossibile, vel contingens, vel ne-  
cessarium. 93. 3. Ex impossibili non inferitur quodvis duplex contradi-  
ctorium. Solvuntur ea quæ obijciuntur in contra. 93. 3.

Indefinitæ propositiones æquivalent aliquæ universalibus, aliquæ par-  
ticularibus. 49. 2.

### M.

Per Materiam propositionis quid intelligitur. Hæc alia est necessa-  
ria, alia contingens, alia impossibilis. 7. 2.

Materia Argumentationis alia est *ex qua*, alia *circa quam*; Materia ex qua  
alia proxima, alia remota. Per Materiam ex qua, constituitur Argumentatio. 3. 3.

Materia Syllogismi *ex qua*. 17. 3. Materia ejusdem *circa quam*.  
Hæc alia est necessaria, alia contingens, alia impossibilis. 18. 3.

Medius terminus non debet ingredi conclusionem syllogismi. 51. 3.

Medius terminus dum communis est, debet distribui in una præ-  
missa Syllogismi. 56. 3. In Medio termino inveniendò quæ adminicu-  
la esse possint? 86. 3.

Mentalis

## INDEX RERUM.

Mentalis propositio, in mentalem terminum quomodo resolvitur? Mentalis terminus qua ratione ad primam operationem intellectus spectat? 19. 1. Mentalis terminus significat objectum non omnino independenter à placito DEI, vel hominum. 21. 1.

Modalis propositio quæ? 25. 2. Modus potest exprimi vel per adverbium, vel per nomen & verbum. 26. 2. Modalis Philosophicè illa propositio est, in qua modus exprimitur per nomen & verbum. Hæc duobus constat, quorum unum dictum, alterum dicitur modus. 23. 2. Modi Dialectici ad quatuor Classes revocantur, nimirum ad Modos universalem, particularem, affirmativum, negativum. 28. 2. Modi aliqui quod sint affirmativi vel negativi, habent hoc ex se, non verò ad id determinantur à dicto, ibidem. Afficiunt copulam propositionis. 29. 2.

Modalium propositionum Quantitas habetur à Modo non à dicto. 51. & 52. 2. Modales propositiones quæ affirmativæ? quæ negativæ? 58. 2. Modalium veritas unde cognoscitur? 72. 2. Modi *Possibile est* & *Contingens est*, sunt diversi & quomodo? 73. 2. Modales propositiones veræ, sunt essentialiter veræ, quæ sunt falsæ, sunt essentialiter falsæ. 74. 2. Modales propositiones possunt habere quadruplicem oppositionem. 112. 2. Equipollentes modalium quomodo fiant. 139. 2. Modales propositiones quomodo converti debeant? 162. 2. In modalium aliquarum conversione, & dictum & modus converti debent. 163. 2.

Modalium Syllogismorum leges. Si fuerint in modo directo 1mæ Figuræ, qui modus fuit in majore, idem debet esse in conclusione. 75. & 76. 3. Ut modales Syllogismi rectè concludant, Syllogismi de inesse in modalibus inclusi debent rectè concludere. 77. 3.

Per Modos figurarum in quibus Syllogismi fiunt, quid intelligatur? Qui modi directi? qui indirecti? 32. 3. Quot omnes modi sunt in universum? 33. 3. Quot modi directi 1mæ figuræ? quot & qui indirecti? 34. 3. Quot & qui modi 2dæ figuræ? Quot & qui modi 3tiæ figuræ? 34. 3. Qui modi perfecti? qui imperfecti? 35. 3.

### N.

Necessarium sequitur ex necessario. 89. 3. idque ex necessario in ratione veri, quamvis in ratione entis non sit necessarium, sed impossibi-

## INDEX RERUM

le: 90. 3. Quod sequitur ex necessario, potest solum esse necessarium ex vi illationis. 91. 3. Necessarium potest sequi ex contingente. 92. 3. imò etiam ex impossibili. 93. 3.

Negatio debet præfigi ipsi termino & non copulæ propositionis, ut fiat terminus infinitans. 39. 1. Negatio est malignantis naturæ, quo sensu, & quid per malignantem naturam intelligitur? 82. 1. Negatio debet afficere copulam principalem, ut sit propositio negativa. 12. 2. Quando hanc censetur afficere? 13. 2.

Nomen Philosophicè acceptum definitur, & definitio explicatur. 5. 2.

### O.

Objectum propositionis disjunctivæ aliud est verificativum, aliud terminativum. Quod objectum verificativum propositionis disjunctivæ determinata? quod indeterminata? 76. 1.

Obliqui Syllogismi seu ex obliquis debent reduci ad Syllogismos ex rectis, ut constet an bene concludant. 73. 3. Si non reducantur, quæ circa illos regulæ observari debent? 74. 3.

Operatio 1<sup>ma</sup> Intellectûs quæ sit, & quare sic dicta? post titulum. disp. 1.

Operatio 2<sup>da</sup> Intellectûs quæ sit? dicitur Judicium, Enuntiatio, Assertio & Negatio, Compositio & Divisio, Assensus & Dissensus, ac tandem Propositio. In ingressu Disp. 2<sup>dæ</sup>.

Oppositi termini alii sunt oppositi contrariè, alii oppositi contradictoriè, alii privativè, alii relativè. 61. 1.

Oppositio propositionum quid sit definitivè? 109. 2. Oppositarum propositionum idè debet esse prædicatum & subjectum, & quomodo? 109. 2. Propositionum oppositio alia est contraria, alia subcontraria, alia subalterna, alia contradictoria. 110. 2. Oppositio hæc quadruplex potest convenire propositionibus de inesse habentibus subjectum commune. 111. 2. Oppositionem quadruplicem possunt habere propositiones modales. 112. 2. Complexæ. 113. 2. Exponibiles. 114. 2. Oppositio contradictoria est oppositio maxima. 132. 2.

### P.

Passio prout est prædicamentum quid est? 53. 1.

Prædicabilia quot sunt & quæ? 51. 1.

# INDEX RERUM

Prædicamenta quot sunt & quæ? 51. 1.

Prædicata aliqua, sicut genera & species diverso respectu. 56. 1.  
Prædicatum quid sit? quid subjectum? 62. 1. Prædicatum affirmari de  
subjecto non supponente quid sit? 84. 1.

Præmissa Syllogismi saltem una debet esse affirmativa. 52. 3. Ex  
præmissa utraque negativa, nihil inferitur vi formæ. 53. 3. Ex præmissis  
negativis videntur aliqui Syllogismi rectè concludere. Qui illi? Etiam in  
his una præmissa est affirmativa. 53. 3. Ex præmissa utraq, affirmativa conclu-  
sio debet inferri affirmativa. 54. 3. Ex præmissis quarum una est affir-  
mativa, altera negativa, conclusio debet sequi negativa. 55. 3. Ex præ-  
missa utraque particulari nihil sequitur vi formæ. 64. 3. Præmissæ qua-  
rum una est particularis, altera universalis, inferunt conclusionem particu-  
larem. 65. 3.

Propositio resolvitur in terminos & qua ratione? 5. 1. In casibus  
item obliquos, adverbialia &c. & quomodo? 13. 1. Propositio una, imò &  
discursus potest esse terminus alterius propositionis. 14. 1. Propositio quo-  
modo definiatur? 1. 2. Propositio in materia necessaria ejusque species. 9.  
2. In Materia impossibili. 10. 2. In Materia contingente, & quomodo  
talis propositio possit esse vera? 11. 2. Propositio affirmativa & negati-  
va. 12. 2. Propositiones apparenter affirmativæ, item apparenter negati-  
væ. 14. 2. Propositio alia est Categorica, alia Hypothetica. 15. 2. Alia  
simplex, alia cõplexa. 24. 2. Alia de inesse, alia modalis. 25. 2. Alia directa, eaq;  
identica, vel non identica, alia indirecta. Alia item directa, alia reflexa. 30.  
2. Alia de 2do adjacente, alia de tertio adjacente. 31. 2. Propositio  
complexa alia est copulativa, alia disjunctiva, alia causalis, alia rationalis. 32.  
2. Propositio Exponibilis alia est exclusiva, alia Exceptiva, alia Redupli-  
cativa. 33. 2. Propositio de termino infinitante revocatur ad exceptivam  
vel exclusivam. 38. 2. Per quid differat à Propositione negativa? 39. 1.  
Propositio de termino infinitante est partim affirmativa, partim negativa.  
40. 1. Infert propositionem negativam, quam includit. 41. 1. Et hæc  
vicissim infert infinitantem. Ibidem. Propositiones quarum una est de-  
termino infinitante, altera affirmativa de termino finito opposito, non sunt  
contradictoriæ. 42. 1.

Propositiones universales & particulares etiam illæ, quæ simplices à

Philo-

## INDEX RERUM

Philosophis dicuntur, possunt exponi; & per quas propositiones exponi debent? 43. 2. Propositio alia universalis, alia particularis, alia indefinita, alia singularis. 46. 2. Propositiones simplices quæ affirmativæ? quæ negativæ? 57. 2. Quid propositio vera? quid falsa? 66. 2. Propositio quævis aut vera, aut falsa. 68. 2. Propositiones quæ sunt in materia necessaria semper sunt veræ, quæ sunt in materia impossibili semper sunt falsæ, quæ sunt in materia contingenti possunt esse aut veræ, aut falsæ. 69. 2.

Propositio hæc: *Christus est Homo*, est de prædicato singulari, & quare? non potest, nec debet exponi per illam disjunctivam? *Christus est vel Petrus, vel Joannes, vel Judas* &c. Quomodo exponenda? 43. 2. Quomodo converti debeat. 155. 2. Propositio illa, *Persona Divina est generantia*. Quomodo convertenda? Ibidem.

Quæ propositiones per quos modos, & cujus figuræ Syllogismi probari & deduci debeant? 85. 3.

Proprium quid sit? 51. 1.

### Q.

Qualitas Prædicamentalis quid est? 53. 1.

Qualitas propositionum per quid explicetur? 45. 2.

Quando seu duratio quid est?

Quantitas prout est prædicamentum quid est? 53: 1.

Quantitas propositionum quid? 44. 2. Quibus hæc propositionibus conveniat. 50. 2.

### R.

Rationalis propositio quæ sit vera? 77. 2.

Ex ratione communi quod dicitur de uno singulari, dici debet de quovis alio, cui hæc ratio communis est. 97. 3.

Reductio ad impossibile quid est? 106. 3. Reductionis hujus Regulæ exprimentur versiculis, qui explicantur. 107. 3. Per reductum Syllogismum ad impossibile, non semper inferitur immediatè contradictoria præmissæ prius concessæ. 108. 3. Reductio ad impossibile, ex quibus Principiis deducitur? 110. 3.

Reductio ostensiva quid est? Reductionis hujus regulæ proponuntur & explicantur. 99. & 100. 3. Ex reductione hac deducitur Syllogismus

## INDEX RERUM

- Smos factos in modis imperfectis rectè concludere. 101. 3. Ex reductione modorum *Celantes & Dabuis*, ostenditur, quòd hi modi rectè concludant, ibidem. Ex reductione etiam aliorum modorum imperfectorum ostenditur bonitas consequentiae per ipsos illata. 102. 3. Ex reductione modi *Baralipron*, bonitas ejusdem probatur. 103. 3. In hac reductione consequens non convertitur propriè. 104. 3. Reductionis usus quis? 104. 3.  
 Reduplicativa propositio quæ sit? 39. 2. Alia est essentialis, alia causalis, alia conditionalis. 40. 2. Quomodo exponantur? ibidem.  
 Reduplicativa implicite quæ, & quomodo distinguenda? 41. 2.  
 Relatio quid sit? Quid prædicamentalis? quid transcendentalis? 53. 1.  
 Repugnantia propositionum secundùm qualitatem, secundùm quantitatem, secundùm utramque explicatur. 109. 2.  
 Resolvitur propositio in *ly est* participialiter sumptum, & quomodo? resolvitur item in alia verba. 11. 1.  
 Restrictio termini quid est? 110. 1.  
 Retorisiones argumentorum & argumenta, quæ dicuntur ad hominem, cui principio infundantur? 97. 3.

### S.

- Series generum descendentium à prædicamento substantiæ, proponitur & explicatur. 55. 1.  
 Significare nihil, & nihil significare, sunt diversa. 23. 1.  
 Singulares propositiones non habent quadruplicem oppositionem rigorosè Dialecticam. Habent oppositionem de lege præcipuè contradictoriam. 116. 2.  
 De singulari subjecto propositiones quomodo sunt convertendæ? 160. 2.  
 Situs prædicamentum, quid est? 53. 1.  
 Sorites quid est? 14. 3.  
 Species quid? 51. 1.  
 Status quid, & quotuplex? 108. 1.  
 Subalternæ propositiones pugnant secum in quantitate, & una illarum est universalis, altera particularis. Qualitatem verò habent eandem. 129. 2.  
 Subalternæ universalis infert particularem, non è contra. 130. 2.  
 Subcontrariæ propositiones pugnant secum in qualitate, & ambæ debent

# INDEX RERUM

debent esse particulares. 127. 2. Possunt esse ambæ veræ, una item vera, altera falsa; non possunt esse ambæ falsæ. 128. 2.

Subiectum & prædicatum sunt partes ut quod propositionis. 4. 2.

Substantia quid est? 53. 1.

Suppositio terminorum definitur. 65. 1. Suppositio mentalis cognoscitur ex suppositione vocali. 65. 1. Suppositioni mentali convenit definitio suppositionis. Suppositio mentalis præter vocalem admittenda est. Ibidem. Suppositio est usus vocis passivè, non activè acceptus. 66. 1. Suppositio alia est materialis, alia formalis. 67. 1. Alia item propria, alia impropria. 68. 1. Quid suppositio simplex? quid personalis? 69. 1. Suppositio personalis, quare sic dicta? 72. 1. Quid suppositio communis, quid singularis? 73. 1. Suppositionis communis species, Suppositio collectiva, suppositio universalis seu distributiva, eaque tam completa, quam incompleta seu accommoda; & Suppositio particularis seu disjunctiva, eaque tam determinata, quam indeterminata, explicantur. 74. 1. Suppositio in qua aliquis terminus accipitur, unde cognosci debeat? 77. 1.

Suppositionis collectivæ alicujus termini quod indicium? 79. 1.

Suppositio termini communis ex præfixo syncategoremate cognoscitur. 80. 1. Suppositionem universalem plerumque habet subiectum propositionis indefinitæ, in materia necessaria; particularem verò habet subiectum propositionis indefinitæ, in materia contingente. 81. 1. Suppositio prædicati communis in propositione negativa, est suppositio distributiva. 82. 1. Suppositionem particularem habet prædicatum commune, in propositione affirmativa. 83. 1.

Suppositionis alicujus termini in syllogismo variatio quæpiam vitiat formam Syllogismi. Quæ illa? Quædam non vitiat, & iterum quæ? Id ex duplici principio deducitur. 85. 1. Ex suppositionis talis variatione, non sequitur in syllogismo dari quatuor terminos, quales dari repugnat. 87. 1.

Suppositum negatur aliquarum propositionum, & quando? 84. 1. Syllogismus definitur, ejusque definitio explicatur. 15. 3. Eiusdem variæ definitiones proponuntur. 15. 3. Syllogismus constat materiâ & formâ. 17. 3. Alius est affirmativus, alius negativus. 21. 3. Alius demonstrativus, alius probabilis, alius sophisticus. 20. 3. Alius simplex, alius



# INDEX RERUM

alius complexus. 22. 3. Alius de inesse, alius modalis. 22. 3. Alius de  
 medio communi, alius de medio singulari seu expositivus. 22. 3. Syllo-  
 gismus ex rectis. Syllogismus ex obliquis. 23. 3. Syllogismus Categoricalis &  
 Hypotheticus. 24. 3. Syllogismus copulativus seu distributivus, disjunctivus,  
 mixtus ex utroque, & causalis, explicantur. 25. 3. Syllogismus exponibi-  
 lis. 26. 3. Syllogismus proportionum. 27. 3. Quibus hic regatur legibus.  
 84. 3. Syllogismi quidam circa Mysterium Trinitatis non concludunt, &  
 quare? 46. & 47. 3. Sunt ex tali medio, quod est capax alicujus distribu-  
 tionis, & hac distributione non distribuitur. 48. 3. Syllogismi aliqui licet  
 videantur rectè concludere, tamen non concludunt, & quare? 77. 3.  
 Syncategoremata quæ? & quotuplicia? 29. 1.

## T.

Terminus est una Operatio Intellectus, ad initium Disp. 1. & iterum  
 19. 1. Terminus è mente Aristotelis definitur. 4. 1. Termini principales duo  
 sunt in omni propositione. 6. 1. Terminus alius est mentalis, alius vocalis, alius  
 scriptus. 18. 1. Alius est significativus, alius non significativus. 20. 1.  
 Terminus complexus quid sit? quid terminus simplex? 27. 1. Quid ter-  
 minus categorematicus? quid syncategorematicus? 28. 1. Terminus con-  
 cretus & abstractus quid sint? & quæ eorum species? 31. & 32. 1. Ter-  
 minus denominans, & terminus denominativus quid sint? 33. 1. Species  
 termini denominantis explicantur. 34. 1. Terminus absolutus & connota-  
 tivus quid? 35. 1. Terminus alius positivus, alius negativus, alius pri-  
 vativus. 36. 1. Idque hi ipsi vel quoad rem, vel quoad vocem tales. 37. 1.  
 Terminus finitus & infinitans. 38. 1. Terminus infinitans quid signifi-  
 cat? 39. 1. Terminus unæ & 2dæ Intentionis. 43. 1. Intentio hoc lo-  
 cō quid significat? 44. 1. Terminus communis & singularis explicantur.  
 45. 1. Terminus collectivus, distributivus, disjunctivus, & indefinitus.  
 46. 1. Terminus communis debet significare plura, & qualia plura. 47.  
 & 48. 1. Terminus *DEUS* non est communis. Terminus *Persona Di-*  
*vina* est communis. 47. 1. Terminus transcendens, non transcendens, &  
 supertranscendens, explicantur. 49. 1. Terminus univocus, æquivocus &  
 analogus. 50. 1. Termini prædicabiles seu prædicabilia quæ, & quot? 51. 1.  
 Terminus substantivus quid sit? quid adjectivus? 57. 1. Termini perti-

# INDEX RERUM

nentes qui dicuntur, qui impertinentes? 58. 1. Alii pertinentes sequela, idque vel reciproca, vel non reciproca, alii pertinentes repugnantia; qui ipsi alii sunt oppositi, alii disparati, numero 59. 60. 61. 1. Terminus unus itemque pertinet ad plures diversas termini species. 63. 1. Terminus objectivus quis sit? quis formalis? 64. 1. Terminus in suppositione personali acceptus substituitur pro conceptu, & quali? Acceptus item in suppositione simplici, pro quo conceptu substituitur, idque an pro uno, an pro duobus conceptibus. 70. 1. Terminus acceptus in suppositione personali significat rem prout substantem conceptui. 71. 1.

Termini in syllogismo tres non nisi esse debent, de quali syllogismo hæc regula est intelligenda. 50. 3. Ex tribus terminis Syllogismi, unusquisque bis non nisi repeti, & poni debet in propositionibus ejusdem syllogismi. 51. 3. Terminus communis non debet distribui in conclusione, si non est distributus in præmissis. 59. 3.

Totum essentialiale quid est? & quæ partes illius? 99. 2. Quid item totum potestativum, & quæ ejus partes? 98. 2. A toto potestativo ad partes potestativas, quæ consequentia valet? quæ non valet? 107. & 108. 2. A toto essentiali Metaphysico, viâ negativâ quæ consequentia valet? à toto essentiali Physico, viâ negativâ ad quam partem valet consequentia? 108. 2.

## U.

Ubi prædicamentum quid sit? 53. 1.

Vera propositio alia est essentialiter vera, alia contingenter vera. 67. 2.

Veritas propositionum simplicium unde cognoscenda? 71. 2. Veritas modalium, vide: modalium veritas. Ex vero non sequitur nisi verum. 87. 3. Ex vero inferitur & consequens verum, & consequentia vera, dū est legitima illatio. 94. 3.

Verbum philosophicè acceptum definitur, ejusque definitio explicatur. 6. 2.

Universalis vel particularis ut sit propositio, syncategorema debet præfigi subjecto principali. 47. 2.

Vox *Blisri* non idem significat quod vox *nihil*. 24. 1. Vox significativa quomodo se ipsam significet? & pro quali conceptu substituitur? 26. 1.

Vox interna, & verbum mentis indistinctum ab intellectione datur? 65. 1.

Vox una eademque multiplicem significationem habere potest. 66. 1.



# ERRATA SIC CORRIGE:


*In præfatione dedicatoria prope Finem Neo-cruis lege. Nec Cruis*

- Pag. 4. vers. 2. Methodâ lege Methodô.  
vers. 12. quæ nullibi. lege quæ alibi
- Pag. 7. vers. 14 *Et id quo lege & id de quo*  
vers. 32. iterminatum lege terminatum  
vers. 33. ta lege ita
- Pag. 10. ad Marginem penatur lege. ponatur.  
vers. 26. definire lege definiri  
vers. ultimo dicit lege dici
- Pag. 11. vers. 27. predicatum lege prædicatum
- Pag. 12. vers. 9. difinitio lege definitio
- Pag. 13. vers. 32. in quod lege in qua  
vers. ultimo Curr lege currit
- Pag. 12. vers. 1. ex poni lege exponi  
vers. 19. DFUS lege DEUS.
- Pag. 15. vers. 14. inesse lege in esse
- Pag. 16. vers. 20. alter lege altera  
vers. 31. de fendi lege defendi  
vers. ultimo accipietur lege accipiatur
- Pag. 17. vers. penultimo propositionibus lege propositionis.
- Pag. 18. vers. 9. affirmetur lege affirmatur.
- Pag. 25. vers. 12. propositionis lege propositionis  
vers. 31. omnes lege omnes
- Pag. 26. vers. 5. termina lege termini
- Pag. 27. vers. 18. ab lege ad  
vers. 19. acervi lege acervus  
vers. 21. divisione lege. divisione  
vers. 33. denominatibus lege denominantibus.
- Pag. 29. vers. 14. quod vocem lege quoad vocem
- Pag. 30. ad Marginem timmediate lege immediate  
itidem finilio lege finito.  
ibidem ut stat innitans lege ut fiat infinitans

- vers. 21. uni prætermisso lege uno prætermisso  
 Pag. 32. vers. 33. totum quendam lege totum quoddam  
 Pag. 33. vers. 3 quasi lege quas  
 vers. 10. Ex sit lege Et sic  
 vers. 31. e propositione lege à propositione  
 Pag. 34. vers. 13 Dividitur imo lege Dividitur 9no  
 vers. ultimo Constitit lege consistit  
 Pag. 35. vers. 5. Denominationes Quod, lege Denominationes  
 inde desumptas esse Quod &c.  
 Pag. 37. vers. 11. Realis lege realibus  
 vers. 12 vagetur lege vagatur  
 Pag. 38. vers. 17. *Mariano* lege *Marino*  
 ver. 18. ductæ lege dictæ  
 vers. 26. sententiæ lege Essentiæ  
 Pag. 39. vers. ultimo narabiliter lege notabiliter  
 Pag. 40. vers. 9. tam per hanc per jam illam lege jam per hanc  
 jam per illam.  
 Pag. 41. vers. 5. Compositum Physicum lege Compositum  
 Metaphysicum.  
 Pag. 42. vers. 13. ejusque lege ejusque  
 Pag. 45. vers. 20. licet arguetur lege licet arguatur.  
 vers. 28. predicatum lege prædicatum.  
 Pag. 47. vers. 16 indefinitus lege. indefinitus  
 vers. 28. illatio &c. lege illatio &c.  
 vers. 30. obje&civa lege objectiva  
 Pag. 52. vers. 8. est Re lege est Res  
 Pag. 55. vers. 8. ex vitaliter lege ex vi taliter  
 Pag. 58. vers. 6. *Omne Apostoli* lege *Omnes Apostoli*  
 Pag. 59. vers. 1. Homo est Animal lege Omnis homo est animal  
 Pag. 60. vers. 31. primum nota lege primum nata  
 Pag. 61. vers. 8. cui præfigitur lege cui præfigitur  
 vers. 13. Sed ad hoc lege sed ab hoc  
 Pag. 62. vers. 25. cum nihil currit. lege cum nihil currat  
 vers. ultimò topositionis lege propositionis  
 Pag. 63. vers. 1. Etissimum supponit. Omitti debet

- Pag. 64. vers. 7. *vox d' syllaba lege vox disyllaba.*  
 Pag. 65. ad Marginem. *Quæ sunt eodem lege Quæ sunt eadem.*  
 Pag. 68. vers. 2. non Censentur lege non censentur  
 vers. 9. ab eius inferioribus lege ab ejus inferioribus  
 vers. 10. descensus lege descensus  
 vers. ultimo e contra lege e contra.  
 Pag. 69. vers. 8. allud lege aliud  
 Pag. 70. vers. 19. Numero 9. lege Numero 91.  
 vers. 27 *Ergo lapis neque Paulus lege Ergo lapis neque est Paulus.*  
 Pag. 70. vers. 18. Supposito ex his. lege. supposito quod ex his  
 Pag. 74. vers. 4. Ioannes currit lege Ioannes currat  
 Pag. 75. vers. 16. partibus Collectivis lege partibus collectionis  
 pag. 76. vers. 13. *Pisquirdo lege P. Isquirdo.*  
 vers. 16. de illiusque lege de illisque  
 vers. 20. singua lege singula  
 ibidem. Unumquoque lege unum quodque  
 vers. 31. In hunc lege et adde in hunc modum  
 pag. 77. vers. 26. *ngare lege negare*  
 pag. 80. vers. 17. *tenebræ sunt non homo lege Tenebræ non sunt homo*  
 pag. 81. vers. 23. *Petrus cribet lege Petrus scribet*  
 pag. 83. vers. 1. *Ergo est homo lege Ergo est animal*  
 pag. 84. vers. 11. *materiæ subjecti lege materiæ & subjecti*  
 pag. 85. vers. 12. *negare. artem lege negare autem*  
 vers. 14. *assensum dissensum lege assensum & dissensum*  
 vers. ultimo quod sit vera lege quod non sit vera  
 pag. 86. vers. 91. & dicit lege & dico  
 pag. 87. vers. 26 *unum & alium lege unum & aliud*  
 pag. 89. vers. 7. *definitionem lege desitionem*  
 vers. 13. & cõponit propositionis leg. & cõponit propositionẽ  
 vers. 16 & distinctionem lege & Desitionem  
 pag. 80. vers. 25. *perspicuæ satis claræ, lege perspicuæ & satis claræ*  
 pag. 95 vers. 8. *affirmat lege afficiat*

pag.



- pag. 107. vers. 9. excipitur lege accipitur  
 pag. 109. vers. 1. 3tia taliter ignis urit & calor ignis est causa productiva uestionis. Debet hoc totum deleri.  
 vers. 11. ponatur illa lege ponatur ulla  
 pag. 112. vers. 15 *de Deo, ut Verbo Divino lege de Deo, & Verbo Divini*  
 pag. 120. vers. 7. per hanc exponantur lege per hanc exponatur,  
 pag. 127. vers. penultimò Quodsi lege Quodsi  
 pag. 132. vers. 16. Metaphycæ lege Metaphysicæ  
 pag. 133. vers. 7. per enuntiationem lege per enumerationē  
 pag. 141. vers. 13 tele inquam lege tale inquam  
 pag. 146. in titulo Pro Proprietatibus lege De Proprietatibus  
 pag. 147. vers. 6. *Præpositionum* lege *Propositionum*  
 pag. 148. vers. 7. *secundum* lege *secundum*  
 vers. 9. quod nimirum lege quòd nimirum  
 pag. 150. vers. 11. opponuntur lege apponuntur  
 pag. 153. vers. 9. *vel amnis homo* lege *vel aliquis homo*  
 vers. 12. *Homo v. l. non ratiocinatur, vel rationalitas non est in eo principium ratiocinandi* lege. *Homo vel ratiocinatur, vel rationalitas est in eo Principium ratiocinandi*  
 pag. 158. vers. 27. *est doctus* lege *est doctus*  
 pag. 163. vers. 20. tantum quantum lege tantum, quantum  
 pag. 167. vers. 10. contrariæ lege contradictoriæ  
 vers. 21. contrariæ lege contradictoriæ  
 pag. 170. vers. 3. ostensum est lege ut ostensum est  
 pag. 176. vers. 1. in usitato lege inusitato  
 vers. 25. *homiem* lege *hominem*  
 pag. 179. vers. 27. intelligi lege intelligi  
 pag. 184. vers. 29 per contrapositionē quæ. sc. per contrapositionē qua  
 pag. 187. vers. 3. Ergo in quod est lege Ergo id quod est  
 pag. 195. vers. 9. alterius lapidis lege alterius id est lapidis  
 pag. 197. vers. 27. concessis non nisi præmissis lege concessis præmissis & omittatur non nisi  
 pag. 202. vers. 5. impunetur lege impugnetur  
 pag. 203. vers. 23. conjunctum lege conjunctim  
 pag. 215. vers. 1. Quantitas Qualitas lege Quantitas et Qualitas  
 vers. 17. continet ter tres lege retinet te tre

# pag 12 lateral or mistle

no. 12000



00031764

